iudeis qui putant q̄ corpus vel lumē lune
deus augeat siue solis. Sol eni si quat' nunc
ē maior esset dupliciter totū pfectū hominū
cōbureret nedū si septēpliciter q̄ si et lumen
septēpliciter magis eēt oculos nimirū no-
stros nimio splendore obtōderet. lumē etiaz
lune si splēdori solis pficeret nemo iā vltra q̄
esceret. semp eni dies eēt. Per lunaris igitur
lucis siue solaris augmentū voluit prophe
ta intelligi fidem et gloriam in xpo creditu
rorum. ac si diceret fides illorū et gloria mlt-
tipliciter maior erit et plucidior q̄ moderno
rū. et q̄ nō de luna vel sole isto visibili. sz de
christianorum credulitatis gloria et splēdo-
re propheta loquatur in sequentibus testat
cum subiungit. Non erit tibi āplius sol ad
lucendū per diē nec splendor lune illumina-
bit te sed erit tibi dominus in lucem sempi-
ternam et deus tuus in gloriam tuam et nō
occidit vltra sol tuus et luna tua non minue
tur. quia dominus erit in lucem sempiternā
Nam si de sole vel luna pprie diceret hoc q̄-
dem quod dicit non erit tibi amplius sol ad
lucēdū per diē nec splēdor lune illuminabit
te illi quod supra dixerat contrarium eēt: erit
scilicet lux lune sicut lux solis et lux solis erit
septēplr. Patet ergo q̄ de splendore et glo-
ria fidei propheta sancte ecclesie hic loquitur
quod ex consequentibus designatur cū sub
ditur. sed erit tibi dominus in lucē sempiter
nam. et dominus deus tuus in gloriam tuā
ac si diceret nequaq̄ vlterius luce credulita-
tis vestre huius qui est similis solis isti' trā-
sitorij vel lune indigebitis fulgoribus. Glo
ria quippe lucis sue vos eternaliter illumīa-
bit dominus. sed et quod sequitur non occi
det vltra sol tuus et luna tua non minuetur
si hoc inq̄ ita vt est intelligeretur. s. vt solis
splendor ac lune foret continuus non eēt iā
dies vel nox mensis vel annus que omnia
solis et lune pueniunt vicissitudinibus er-
go non est immerito de luce et gloria fidei
nostre que nec minuetur nec occidet spiritua
liter dictum intelligimus. hec ille. Nonus p̄
uersus bene locutus est. vel aliter fm nico-
laū de lyra dicendum ē q̄ loquitur prophe
ta d' aduētu xpi ad iudiciū tūc mutabūt et i
nouabūt quodāmō corpa celestia. et tūc sal
uabitur vulnus populi et pressura plage ei'
quia destruetur mortalitas per peccatū pri-
morum parentū inducta. quia omnes homi
nes resurgent ad vitam immortalem. vtra-
q̄ expositio vidētur necessaria vt perfectō glo
rie christianorum ostendat. s. in presenti quo
ad primam et in futuro seculo quo ad secun
dam.

Contendit iudeus probare q̄ ihesus nō
est verus messias quia in eius aduentu non
est sublatum sceptrū ab israhel.

d Ecimũoctauum argumentum iudeorum est. messias non est venturus quousq3 sceptrum israel sit ablatũ sed nondum est ablatum sceptrũ israel ergo nondũ venit messias. maior pat3 Gen. xlix. non auferetur sceptrũ de tribu iuda etc. minor probatur q adhuc mãet potestas seu dominiũ iudicãdi causas et determinãdi apud capita transmigrantium q̃ sunt in babylonia que locũ regis tenẽt super totu3 populũ israbeliticũ vt habet̃ a rabimoyse egyptio libro de iudicibus in determinatõib⁹ suis de canhedrin. iiij. c. vbi sic dicit. Capita transmigrationis que sunt in babylonia locum tenent: et pñt dñari in iherusalẽ et vbiq3 terrarũ et iudicare super eos siue velint siue nolint sicut scriptũ est. Non auferetur sceptrũ de iuda. per istud enim sceptrũ intelliguntur capita transmigratiõis q̃ sunt in babylonia hec ille. Rñdetur q minor huius argumẽti sc3 q sceptrũ israel nõdũ ẽ ablatũ non solu3 est manifeste falsa ẽm euidẽtiã facti sed ẽ etiam notorie ficta seu mendosa et per cõseq̃ns contra propheticam veritatẽ. vt notat magister Paulus in suo dyalogo dis. iij. c. ij. Primum patet ex hoc. nam babylonia i qua asserunt iudei esse capita transmigrantiũ habentium tales potestates et dominia supto tum populum iudaicum manifestũ est q iã a magnis tempoꝛib⁹ citra ẽ destructa et inhabitabilis reddita. et hoc fuit ꝓphetatũ de ea Esa. xiij. c. vbi sic habetur. Et erit babylon illa ciuitas gloriosa in regnis inclyta in superbia chaldeoꝛum sicut subuertit dominus zodomã et gomorrã. nõ habitabitur vsq3 in finẽ et nõ fundabitur vsq3 in generatione et generationem. cõstat q in terra inhabitabiliter destructa nullus commoratur. et multo minus est credibile q sunt ibi talia capita. Est etiam notorium inter iudeos q a magnis temporibus retroactis nũq in ptibus babylonis nec aliquod iudiciu3 nec determinatio. nec solum rumor aliquis de illis ptib⁹ ad istas ptes europe venit. Unde notorium ẽ ẽm euidẽtiam facti q ñ sunt ibi iudei dñantes super totã israel sicut asserũt iudei. Secũdũ aũt. s. q minor illa sit ficta seu mendosa p3 ex hoc. nã ẽm predictũ rabimoysen et cõiter ẽm oẽs doctores iudeoꝛũ extra terrã ꝓmissionis nõ põt nec l3 nec aliquãdo licuit alicui iudeo iudicare iudicia criminalia. de quib⁹. s. est mutilatio mẽbri humani aut occisio. Constat autem q q̃ nõ h3 iurisdictionem in talib⁹ nõ põt iudicare nec capitaliter punire blasphemũ vl' ydolatrã. homicidam. adulterũ. nec aliũ quecũq3 incurrẽtẽ talia crimina que grauissima sunt ẽm legem mosaycam. Et sic exceptis illis et similibus cetera sunt leuia. Ex quo sequitur q illa capita transmigrationũ que iudei dicunt esse in babylonia non possunt iudicare de grauibus seu capitalibus criminib⁹ cu3 sint extra terrã promissionis sed tm̃ de leuib⁹ et paruis quorum respectu non possunt dici habere sceptrũ nec potestatẽ regalẽ ꝑut dicũt iudei. nec põt dici q tenent sceptrum seu locum regis sed tales essent sicut iudices inferiores habentes modicã ptãtẽ. Manifestũ ergo ẽ q rabimoyses et alij rabini qui asserunt q in babylone sunt capita transmigrationũ habentia potestatem regiam super totũ populum iudaicũ manifeste mentiũtur cum illõ asserunt quod ẽ contra mentẽ suã. oẽs enim concorditer tenent q extra terrã promissiõis nulli iudeoꝛũ pertinet talis potestas. Est etiam secũdo ꝑdicta minor contra propheticã veritatẽ. legitur enim Osee. iij. c. sic. Dies multos sedebũt filij israel sine rege et sine principe et sine sacrificio et sine altari. que quidem auctoritas tam ẽm expositores iudeoꝛũ q̃ nostros intelligitur de statu iudeoꝛum et captiuitate hodierna. Et sic patet q asserere iudeos habere in babylonia vel alibi tẽpoꝛe huius captiuitatis principẽ vel regẽ: seu aliquod huiusmodi est cõtra ipsam euidentiã rei ficticium et mendosum ac contra propheticam veritatem.

Contendit iudeus probare q ihesus nõ est verus messias quia non venit in tempore quo fuit sceptrum ab israel sublatum.

d Ecimumnonum argumentum iudeorum est. si ihũs nazarenus fuisset verus messias debuisset venire tempore quo fuit ablatũ sceptrum iuda sed non venit in illo tempore ergo non est ipse messias. maior p3 ex auctoritate allegata supra. minor probat̃ q2 si sceptrũ iuda fuit ablatum hoc fuit primo per machabeos qui non

erant de tribu iuda sed de tribu leui. Erāt ei
sacerdotes et totū populum gubernabant il
li in templo secundo quod fuit per tricentos
annos et vltra ante aduentuʒ ihū nazareni
vt ptʒ in hystorijs Josephi et alijs. Cū igit̄
ihūs nazarenus natus sit tēpore herodis re
gis qui machabeis successit in regno iudeo/
rum constat ꝙ non venit ī tēpore prenūcia/
to per patriarchā. nam longe añ tēpus hero
dis in quo tempore xp̄s natꝰ est iā erit abla
tum sceptrū de iuda vt dictū est transierat in
machabeis qui erant tribus alteriꝰ. Dic
datur duplex responsio. Prima est ꝙ lʒ ma/
chabei fuerunt sacerdotes et per consequēs
de tribu leui. tamen fm lineam maternam
erant de tribu iuda. Et ideo per gubernatio
nem eorum non erat ablatum sceptrū de iu/
da. tamen quia hoc nō posset dare ꝓbari. iō
ad argumentū cōcessa maiore. Respōdetur
ad minorē fm alios planius. Ad quod sciē
dū vt habet̄ Nume. xi. c. tēpore moysi d̄ mā
dato dei fuerunt congregati. lxx. seniores is
rael vt essent coadiutores in regimine popu
li cū ipso moyse. et extūc fm oēs doctores iu
deorū semꝑ fuit in iudaismo collegiū seu cō
sistoriū quod dicebat̄ cāhedri ad quod oēs
difficultates seu dubia fidei et legis perueni
ebāt et similiter omnia magna et summa iu
dicia seu controuersia de quibꝰ itelligitur cō
mūiter illud Deutro. xvij. Si difficile et am
biguum apud te iudiciū eē ꝑspexeris iter sā
guinē et sanguinē crimē et crimē etc̄. et infra
surge et ascende ad locū quē elegit dominus
et sequeris sentētiā eorū nec declinabis ad
dexterā vel ad sinistrā. qui quidē cāhedrin a
tp̄e dauid etc̄. citra residebāt principalit̄ sub
regibꝰ et ducibus iude in iherusalē. et postea
in babylonica captiuitate. Dum ibi essent
reges vel duces de iuda. cōsequēter in reditu
dicte captiuitatis residebūt in iherusalē sub
ducibus de tribu iuda. dū essent et durabat
potestas eorū etiam nō existēte rege vel du/
ce de iuda ꝑut ptās alicuius capituli vacan
te sede durat. et sic auctoritas et potestas cā
hedrin durauit etiā tempore machabeorum
et vsqꝫ ad. xl. annos ante destructionem tē/
pli secūdi in quo tēpore cessauit ex toto eorū
ptās seu iurisdictio eo ꝙ tūc tp̄is iterfecit he
rodes oēs rabios seu magistros illiꝰ colegij
ꝑut habet̄ in libro cāhedri hierosolimitano
in. c. de iudicij s pecūiarū. Itē habet̄ i libro
abundasar. c. i. vnde protūc ꝓprie fuit abla/
tum non solū sceptrū de iuda sed etiā scriba
de filijs eius. quod quidē tēpꝰ cōcurrit cum
tēpore passionis ihū xp̄i domini nostri. qui
fm omnes per. xlij. annos ante destructōnē
tēpli secūdi fuit passus sicut regnū herodis
qui fuit alienigena in cuius tēpore titulus
regius a toto genere iudeorū fuit ablatū fu/
it valde propinquum tp̄i natiuitatis xp̄i ihe
su. Ex quibus patet ꝙ tp̄e herodis vt dictū
est in quo tēpore verꝰ messias venit ex toto
sceptrum iuda fuit ablatum et ꝓphetia adi/
pleta. Et si forte dicat iudeus ꝙ in predicta
respōsione videt̄ assignare duo tp̄a. s. quan/
do ablatū fuit sceptrū iuda herode regnante
qui alienigena erat. Et tp̄s qn̄ ablatus fuit
dux seu scriba de filijs eius quod vt dictum
est fuit impletum quando herodes occidit
rabinos seu magistros legis qui dicebātur
canhedrin qui non videntur fundare in ali/
qua auctoritate autentica. nec cōcordare ver
bis patriarche supradicti iacob cū ipse nō as
signauerit duo tempora. sed tm̄ vnū dicens
donec veniat qui mittendus est. s. messias se
cūdū quod dicunt xp̄iani et fm translatōnē
chaldaicā. Respōdet̄ fm hystorias thalmu
dicas quas iudei tenētur tanq̄ autēticas ha
bere duo fuerūt ablata de tribu iuda in di/
uersis temporibus licet non multū abinui/
cem remotis. vnū ē sceptrū regni qꝛ herodes
ascalonita cū eēt nō solū alienigena. sed eti/
am seruus de domo machabeorū et de fac/
to regnasset in iudea et iherusalem. Idcirco
timens ꝙ cum regnum ei non cōpeteret de
iure eo ꝙ legitur Deutro. xvij. ca. de medio
fratrū tuorū pones super te regē nec poteris
ponere super te alienigenam. possit pro tp̄e
aliquis consurgere de stirpe dauid et cum d̄
regno expellere. Ideo interfecit omēs quos
potuit habere de genere regio in qua occasi/
one ablatum fuit sceptrum de iuda p̄sertim
secūdū estimationem populi communem.
et ipsius herodis qui credebat nullum d̄ stir
pe regia in iudea remansisse. Sed sceptro ab
lato modo predicto adhuc remāebant can/
hedrin qui dicuntur doctores seu scribe qui
residebant sub herode sicut alias residebant
sub regibus seu ducibus israeliticis sed post
ea fuerunt ab herode interfecti cahedrini oēs
et tunc proprie fuit ablatus scriba de filijs
iuda que omnia supradicta i libro qui dicit̄

habraca.c.i. et in libro canhedrin hierosolimitano et in libro abodasera super allegato habentur. Patriarcha igitur Jacob spū dei ista p̄cognoscens ꝓpric p̄dixit. non auferet sceptrū de iuda in hoc assignās primā ablationē predictā ad titulū regiū ptinētē. Consequenter dixit et scriba de filijs eius in hoc presignans secūdā ablationē canhedri predictā. Que quidem duo in diuersis temporibus contigerūt ab herode seu herodianis. Et attēdēdū ꝙ de prima ablatione sumus certificati per hystorias thalmudicas preallegatas non tamen de tempore quo contigit per eas certificamur. Per hystorias autem nostras.s. euangelicas certificamur nō solū de occisione sed etiā de ipsius tempore. tradunt enim herodē occidisse quoscūq; potuit in bethleem a bimatu et infra et hoc cū natus esset ihūs in bethleem iuda. Mathei.ij. De secūda vero occisione.s. cāhedri et de tēpore quo cōtigit sumus certificati per hystorias in libris preallegatis quod fuit p.xl. annos ante destructionē tēpli secūdi. Et sic ptȝ ex predictis ꝙ non fuit ablatū sceptrum de iuda per herodem nec dux seu scriba de filijs eius modo predicto donec venit messias vt predictum est. hec ex predicto dyalogo magistri Pauli vbi supra.

Contendit iudeus probare ꝙ ihūs non est verus messias quia in eius aduentu non venit in nubibus celi.

v Icesimum argumentū iudeorum est acceptū ex illo quod habet Daniel.vij. aspiciebam in visu noctis et ecce in nubibus celi quasi filius hoīs veniebat etc̄. Et ſm oēs doctores catholicos loquitur ibi de aduentu xp̄i. sed ihūs nazarenus non venit in nubibus nec in tali potestate qualis ibi describitur ergo nō fuit xp̄s Rn̄det hic nicolaus de lyra ꝙ scriptura loq̄r de duplici aduentu xp̄i.s. in mundū et ad iudicium. Prim⁹ aduent⁹ xp̄i describitur cum humilitate. et secūdus cū maiestate. Daniel aūt loquitur de secūdo aduētu. Unde ibidē dicitur. Aspiciebam donec throni positi sūt et sequitur ibidē iudicium sedit et libri aperti sunt. Judei aut̄ excecati nesciunt hunc duplicem aduētū distinguere et ideo errant multipliciter quia aliqui expectant xp̄m in aduētu suo statim appareret tāta virtute et potestate ꝙ possit sibi omnia terrena subijcere et eos liberare et regnum suū restituere. ꝓpter quod et discipuli xp̄i post eius resurrectionē querebant Actuū.i.c. Domine si in tempore hoc restitues regnum israel etc̄. Alij autē ꝓpter scripturas que manifeste loquunt̄ de xp̄i humilitate et passione et propter illas q̄ loquūtur de eius eminentia expectant duos messias. vnū qui dicitur fili⁹ Joseph et iste passurus est et occidendus. Alius qui dicit̄ filius dauid q̇ messiam filium Joseph resuscitabit et regnum israel restaurabit. sed illō dictum de scripturis non habet auctoritatē; licet enim plures dicti sunt messie siue vncti quod idem est participatiue vt dauid et saul et alij predicti nullus tamen dicitur in scriptura venturus ad salutem populi nisi vnus. Item istud dictum ꝓ quanto habet apparētiam impletum est in xp̄o qui fuit filius Joseph putatiuus et sic vocatus vt patet in euāgelio. Est etiam filius dauid ſm carnē sicut patet ex predictis.

Contendit iudeus probare ꝙ ihūs non est verus messias quia adhuc manet regnuȝ romanorum.

v Icesimum primum argumentum iudeorum contra xp̄m sumitur ex quarto regno quod nomiāuit danielis.in.c.vij. Super quo sicut dicit magister alfonsus conuersus in libro bellorū ti.xiij. Aliqui glosatores iudeorū dixerūt qō illud quartum regnum est regnum romanorum ex quo arguunt ꝙ adhuc non venit messias quia vident regnum romanorum stabile et ipsi vocant xp̄ianos romanos ex noīe ciuitatis romane que caput est regni sui ibi est sedes pape et caput ecclesie. Et tenent iudei ꝙ rex messias habebat venire in fine regni xp̄i cuius regnum sempiternū erit vt ptȝ ca. eodē et quia credunt ꝙ gens romanoruȝ est gens edom. et ꝙ Julius cesar fuit ď edō et sic alij omnes reges qui fuerūt post eum in roma. Jungunt etiam cum hoc ꝓphetiā Jeremie Trenorū.iiij. gaude et letare filia

edom que habitas in terra hus. ad te quoq3 perueniet calix inebriaberis atq3 nudaberis cōpleta est iniquitas tua filia syon non addet vltra vt transmigret te. Ex omnib9 his inferunt iudei q2 nō debebāt redimi cōpleta receptione postq2 sc3 nulla captiuitas sequeretur quousq3 fieret contritio et destructio illorū de edō. quos ipsi dicūt eē romanos q̄ seruant legē ihū nazareni. Et super predicta auctoritate Jeremie dicit rabisalomō q2 ibi Jeremias pphetat destructionē romani imperij eo q2 destruxit tēplū et captiuauit populū iudeorū tpe tyti et vespasiani. et sic p filiam edō intelligūt romā seu populū romanū cū dicitur gaude et letare filia edō q̄si dicat istud gaudiū quod habuisti in destructione ciuitatis et templi in tristiciā conuertetur. q2 ad te veniet calix vindicte diuine Quia ergo nondū ē destructū romanum imperiū. ideo dicunt q2 nōdū messias venit et istud argumētū est inter cetera in quo magis se firmant iudei expectantes quotidie d̄structionē romani iperij. quo facto dicūt statim messiā venire et ideo quotidie orāt p destructione romani iperij et p̄serti p destructione ecclesie xp̄i et discipulorū eius. vt patet per quādā orationē que quotidie ab eis dicitur in suis synagogis in qua inter queda3 alia expresse dicitur. Omēs heretici subito pereant que verba rabisalomō et rabi moysen et ceteri sic exponūt. Jsti heretici sunt discipuli nazareni. Ad istud argumētū respondetur s̄m predictū magistrū Alfonsum eodem libro et ti. Primo declarādo falsum eē romā siue populū romanū esse filiā edō p eo q2 regnauerit sup eos homo q̄ fuit de edō sicut ipsimet iudei nō vocāt romani nec edomite ex eo q2 regnauit super eos herodes qui fuit de gente edō et de terra rome. Jtē quia edō alio nomie dict9 ē esau. Gen. xxv. et sic edom descendit de sem filio noe per Jsaac cuius filius fuit esau. Tota eni europa i qua est roma dicit populata fuisse a filijs Japhet, ppter quod n̄ videt rōabiliter dictū q2 p edō significet romanū iperiū. Sepe eni accidit q2 diuersa loca eodē noie noiant ppter qd̄ multi decipiūt exponētes de vno quod de alio intelligitur. verbi gratia. certū est q2 terra edō fuit ad ptē meridionalē versus mare andalusie p quā filij israel transeūtes p desertum cū exierūt de egypto venerūt et in eadē terra edō fuit mons synai et mons or. vbi mortuus est aaron. et ibidē erat francia quā dicūt iudei in hebraico carphat que noiat i terra edō in pphetia abdie vbi dicitur transmigratio exercitus huius filiorū israel oīa loca chananeorū vsq3 ad sareptā. littera hebraica habet vsq3 carphat in qua stetit helyas quando dixit sibi dominus. surge et vade in carphat que est in sydone. et iterū surrexit et iuit in carphat. Et patet manifeste q2 p hoc quod dicitur carphat que est in sydone i terra de edō dat intelligi q2 est alia carphat alibi sita et ista est regnū francie quod est ad aquilonem. ecce ergo habem9 vnam frāciā in terra edō. Jtē hispania que dicit in hebraico caphazat et de qua dicitur abdie. in. c. eo. infra transmigratio iherusalē que est in husfro littera hebraica dicit capharat. erat etiā prope illā franciā que dicebat carphat: que erat in sydone in terra edō in qua hispania siue capharat mortuus fuit antipas filius herodis in vinculis tiberij cesaris s̄m q2 dicit iosephus et sic vocauerūt aliqui sapientes hispaniā terre edō in quo dederūt intelligi q2 nō est illa hyspania que vocatur in pte andalusia et que ppinqua alteri francie que ē ad ptē septētrionis que nō est de terra edō. Jnuenitur eni3 scriptū in libris erarium egyptiorum q2 terra andalusie fuit vocata hyspanie nomine primi regis quo habuit hoc nomē hyspan: quia venit de hyspania que est i terra edō. Sic etiā dicēdū de roma que i hebraico dicitur bosra que est terra edō s̄m illō Jsa. lxiij. Quis est iste qui venit de edō tinctis vestib9 de bosra est vltra mare prope terram israel. Et dicitur in libro zorobabel q2 bosra erat magna ciuitas niniue. et sic non ē ista roma in qua est apostolic9 quia illa roma que in terra edō iam fuit deserta quādo fuit destructa babylonia. quia edō et moab et ammon et multe alie gentes venerant cū rege babylonico ad destruendū israel et ideo receperunt penam cum eo. Dico ergo respondendo sicut dixit Nicola9 de lyra. q2 p filiam edō intelligitur ipsa ydumea ab ipso esau p ut dictus est edō denominata. et inuehit hic specialiter propheta contra ydumeos qui d̄buerant diligere filios israel eo q2 descendebant a duobus fratribus vterinis. s. iacob et esau. et ipsi magis econuerso habuerunt eos odio et in destructione iherusalē fuerunt cu3

chaldeis vt dictū est gaudētes de illa destru
ctione. Jdeo dicitur in auctoritate. gaude et
letare filia edō quasi dicat ista leticia tāꝙ i
iusta in tristiciā conuertetur que habitas in
terra hus. ista hus nō est illa de qua natꝰ fu/
it iob. vt habetur iob. i. sed illa eiusdē nomi
nis exñs in regno ydumee. qꝛ sicut dictū est
frequenter in scriptura reperitur ꝙ due ciui/
tates et loca in diuersis posita eodē nomīe
equiuoce nominātur. Judei moderni di
cunt ꝙ inuenerūt in quadā glosa chaldaica
ꝙ grecia est terra hus. Constātinopolis ve
ro filia edom et quia predicta ciuitas est ca
pta a turcis. Dicūt ꝙ iam est cōpleta iniq/
tas filie syon et sic nūc expectant messiā ven
turum. Jstud etiā est falsum. s. ꝙ hus sit gre
cia et consequenter alia ꝙ ꝓbatur sic quia vt
scribitur Geñ. ij. nunciatū est abrahā ꝙ mel
cha filios genuisset nachor fratri suo hus pri
mogenitum et buz fratrē eius chamuelqꝫ pa
trē syrorū et sunt tres prouincie cōiuncte de/
nominate ab istis tribus fratribus. Caput
terre hus fuit reblata que postea fuit vocata
antiochia et iste prouincie sunt remote a gre
cia vltra. xxv. dietas. et sic consequenter patꝫ
ꝙ grecia non est hus. Itē caput grecie ē con
stātinopolis. et iudei in suo hebraico vocāt
greciam yenam et sic non possunt dicere ꝙ
yenam est terra hus sm ꝙ declarant predic/
tam ꝓphetiā. et sic patet manifeste falsuꝫ cū
dicunt ꝙ constantinopolis ciuitas est terra
hus et discurrentes per deuia quecūqꝫ retor
quentes textus scripturarum facti ceci dixe/
runt terminū signatū adimpletionis huius
ꝓphetie in anno dñi. M. cccclviij. qui est sm
eos a creatione mundi quinqꝫ milia ducenti
decē et octo. Unde dixit rabi abrahā filiꝰ ra/
hiya qui habitabat barchinone declaran/
do in quodam libro quē fecit qui vocatꝰ me
glina a megala quod interpretatur littera di
scooperta ꝙ messias debebat venire anno a
creatione mundi quinqꝫ milia cētū decem et
octo quē numerum ipsi ponūt in cōputo lit
terarū sui Abecedarij numerādo quia et cū
venit predictū tēpus īuenerūt falsum dictū
illius. Et ideo dicūt moderni iudei ꝙ ille er
rauit. qꝛ vbi posuit qꝛ debuit ponere ria que
facit in numero ducēta decē et octo: quia. q.
vel cof quod idē est ī suo alphabeto facit cē
tum et ria quod idem est ꝙ. r. vel res facit du
centos et cū iste sit annus vt dictum est sm

cōputū eorū a creatione mundi quinqꝫ mi/
lia ducenti decē et octo. Jdeo affirmabant
venturū esse messiam anno predicto quod pa/
tuit et patet esse falsum. Unde bene dixit de
eis dauid: Jn circuitu impij ābulāt sicut be
stie molēdini oculis velamine coopertis q
nihil aliud inueniunt dessero qñ cessant ābu
lare in profectu vie quā quādo inceperūt pa
tet ergo falsitas istius expositōnis ꝙ grecia
sit terra hus et constantinopolis filia edom
sed sm veritatē vt dictū est filia edō et regnū
ydumee ab eodē denominatū et hus est ci/
uitas in eodē regno quod regnū dicitꝰ habi
tare in terra hus qꝛ illa terra est famosa in re
gno illo cuius metropolis siue caput erat re
blata. s. antiochia. Sed dicet hic forte iudeꝰ
ex quo filia edom est regnū ydumee et tu xpi
ane dicis ꝙ ista ꝓphetia est completa quan
do ergo fuit completa inebriata et nudata.
Responsio ꝙ illa prophetia īpleta fuit tem
pore regis hircani qui fuit potentior rex ma
chabeorū qꝛ tūc fuit destructa tota terra ydu
mei et eduxit. xxx. milia illorum quasi capti
uos qui custodirent muros hierusalem. et
dicit Josephus ꝙ in illa die facta fuit ma/
gna leticia. qꝛ. s. fuit destructa et punita tota
terra ydumei. Et dicit hic rabi vsua filius le
ui glosando super hoc passu ꝙ illa die fuit
facta maior leticia in tēplo ꝙ vnꝙ fuerit fa/
cta. Dicendo ꝙ bethseau terra sua et omnes
alie terre ydumee que nō fuerant subiugate
subiectioni tempore Josue nec aliorum iu/
dicū nec in tempore regū israel et iude fue/
runt victi et captiuati tempore huius regis
hirchani et dicit ꝙ in illa die completa fuit
ꝓphetia abdie ꝓphete vbi dicitur ascendēt
saluatores in montem syon iudicare montē
esau et erit domino regnum. Et dicit etiam
Josephus ꝙ illi de edom filij esau conuersi
sunt ad iudaismū tempore predicti regis hir
chani et fuerunt circūcisi et non recesserūt ab
eis tempore tyti et vespasiani. sed ꝙ semper
manserunt iudei deinceps. Et ideo fuit re/
memoratū peccatum iudeorum filiorū esau
et ceciderunt in captiuitatem quando fuit cō
pleta iniquitas filiorum iuda qui permanse
runt iusti in aduentu messie ihesu nazareni
sm ꝙ ꝓphetauit Jeremias vbi supra dicēs
completa est iniquitas tua filia syon nō ad/
det vltra vt transmigret te visitabit iniquita
tem tuam filia edom et non inuenitur gens

malicie que sit in ira dei tanto tempore sm
ꝙ dictū fuit de edom nisi iudei ꝓpter quos
fuit dictum ꝙ semper deberent esse in ira di
Et ideo coniunxit deus has duas gentes. s.
edom conuersorum et iudeorum qui debe-
bant perdi et semper esse in ira dei sicut dixit
Jere. in. c. vi. Cadent inter corruentes tēpor
visitationis sue corruent dicit dominus. et
fuit perdita memoria nominis edom et mā
sit memoria nominis iudeorum quia illi de
edom conuersi fuerunt ad legem iudeorum
Et quia inuenimus edom bis punitum eē
primo in tempore nabuchodonosor ante ꝓ
phetiam malachie. Secundo post propheti
am malachie tempore regis hircani. De pri
ma fuit dictū Malachie primo. ꝙ si dixerit
ydumea destructi sumus. sed reuertētes edi
ficabimus que sunt destructa. hec dicit do-
minus exercituū isti edificabunt et ego de-
struam quia dixit destructi sumus sicut si eēt
iam preterita illa punitio quā primo habue
runt tempore nabuchodonosor secūdum ꝙ
dicit etiā. c. codē. Esau autē odio habui et
posui seyr montes eius in solitudinē et pro-
pter eum etiam dixit in prophetia abdie le-
gatum ad gentes misit surgite et consurga-
mus aduersus eū in prelium. quod dixit de
futuro ꝓpter secūdam punitionē quam de-
bebant habere tempore hircani regis et pro
pter ipsum dixit in ꝓphetia abdie. et erit do
minus iacob ignis et domus Joseph flam
ma et domus esau stipula et succendentur in
eis et deuorabunt eos. propter quod intelli
gitur ꝙ non debebant illi de edō habere de
structionē terciam quia in secunda debebāt
esse in ira dei imperpetuum cum alijs iude-
is consocijs eorū qui simul permanserūt tē-
pore tyti. Et dato ꝙ adhuc regnū romano-
rum eēt de numero illorum quatuor regno-
rum de quibus dicitur in libro danielis vt ī
argumento fuit dictum et ꝙ romani essent
regnum edom quia regnauit super ipsos ro
manos homo qui fuit de terra edom non se
quitur ꝙ ex hoc per vim habet dia ꝙ quia
adhuc illud regnum est stabile sicut cogitant
iudei ꝙ propterea adhuc debet venire rex
messias quia non fuit intentio prophetarū
in destructione regni babylonie que fuit dic
ta in prophetia danielis et in prophetia Je
remie ꝙ post septuaginta annos captiuita-
tis iuda nun ꝙ āplius eēt homo qui regna-
ret super regnum cazdym et super ciuitatem
babylonie et terram circa iacentē. quia ille ci
uitates et terre sue in suis locis permanserūt
et si alique ville illarum fuerunt destructe n̄
tamen omnes fuerunt deserte. et adhuc ille
que fuerunt deserte pro maiori parte omēs
fuerunt populate. Sed intentō prophetarū
fuit ꝙ non esset vltra super cazdyn et sup ba
bylonem nec super suam terram aliquis rex
qui esset de genere nabuchodonosor nec de
gente sua. Jtem in tempore futuro regni me
die erat intentio prophete ꝙ non esset vltra
rex qui esset de genere darij nec de gente sua
Jtem in tempore quo fuit postea regnū ꝑsie
erat intentio prophete ꝙ non esset amplius
rex de genere tyri. nec de gente sua. Jtem in
tempore in quo habebat esse regnum Janā
id est grecie erat intentio prophete ꝙ nō eēt
vltra rex de genere alexandri nec de gēte sua
et similimodo tempore quo in futurum de-
beret esse regnum romanorum sm ꝙ ipi di-
cunt deberet eē intentio prophete ꝙ non ha
beret ibi āplius eē rex de genere Julij cesa-
ris primi. et Hay et Tyti. nec aliorū qui cre
diderunt in eorum fidem. Exquo ergo reges
romanorum non credunt modo in fide Ju
lij cesaris Hay nec Tyti quia ipsi seruiebāt
ydolis. et etiam quia Cōstantinus cesar di
misit regnum romanorum seruis ihū naza-
reni et apostolicus qui est dominus Rome
non fuit vocatus deinde cesar nec venit d̄ ge
nere cesaris. oportet necessario dicere ꝙ iam
transierunt omnia illa regna dicta in libro
danielis excepto regno ihesu nazareni veri
messie quod firmissime durat et habet dura
re sine fine. Et ideo oportet dicere necessario
ꝙ iam venit rex messias qui venturus erat
tempore illorum regum. et ꝙ iam receperūt
iusti transmigrationem et tribulationē qua
debebant recipere quando finita essent illa
quatuor regna secundum ꝙ dicitur daniel x
xi. populus autem sciens deum suum obti-
nebit. et faciet et docti in populo docebunt
plurimos. et ruent in gladio et in flama et ī
captiuitate et in rapina dierum. Sequitur et
de eruditis ruent vt conflentur et eligantur
et dealbentur vsqȝ ad tempus prefinitum re
ceperunt etiam mali et peccatores de israel fi
nem captiuitatis perpetue sicut dicitur Da-
nielis. vij. vsqȝ ad consummationem et finē
durabit desolatio et iterum capi. eodem. an

civitatem et sanctuarium dissipabit popul9 cum duce venturo, et finis erit vastitas. et p9 finem belli statuta desolatio. et hoc est ꝙ debebat esse in adventu messie. scilicet ꝙ finez acciperet peccatum et deleretur inquitas et adduceret iusticia sempiterna et sic vngeret sanctus sanctorũ vt patet in capitulo eodem clarissime. ergo patet sicut sol lucet ex omnibus istis predictis falsam esse expositionem iudeorum in prophetia. Jere. supradicta. et in prophetia abdie. quibus se fundant multum iudei expectantes destructionem imperij romanorum et tunc adventum messie et quomodo etiam falsum est ꝙ christiani descendunt de edom. sed ꝙ ipsimet iudei sunt illi de edom qui fuerunt conversi et ipsi qui mali sunt et peccatores simul cum eis receperunt punitionem perpetuam in qua nũc sũt et erunt vsqꝫ ad finem. et ꝙ christiani sunt filij syon et boni iudei qui conversi sunt ad christum in quibus completa fuit iniquitas id est in quibus iam cessavit peccatum et captivitas et imperpetuum erũt liberi sicut patet in predicta prophetia. Jere. quia illis de edom conversis et alijs iudeis negantibus christum dicat propheta. ad te quoqꝫ perveniet calix. i. pena divine vltionis inebriaberis. i. ad plenam punieris atqꝫ nudaberis. s. honore et alijs bonis sicut manifeste factuz est per tytum romanorum principem Sed et de bonis iudeis qui receperunt ihesum christum verum messiam qui dicuntur filij syon. Dicitur i textu. completa est iniquitas tua filia syon. scilicet in advẽtu christi quia amplius populus ille syon credens in xp̄m non fuit subiectus alicui captivitati loquendo de totalitate populi sicut ter iam factum est de populo iudeorum. Ideo dicit non addit vltra vt transmigret te. scilicet a libertate in servitutem. Sequitur de malis iudeis filijs edom. Visitabit iniquitatem tuam filia edom eam. scilicet iuste puniendo discooperuit peccata. scilicet penam manifestam omnibus inferendo quia publica est eorum captivitas et servitus in toto mundo vbiqꝫ sunt iudei sive inter christianos sive inter sarracenos sunt captivi et in abbominationem habiti. Patet ergo solutio ad argumentum iudeorum que aliquantulum dilatata fuit propter magnam vim quam faciũt iudei in eodem:

Contendit iudeus probare ꝙ ihesus nõ est verus messias quia christiani affirmant ipsum esse deum.

Vicesimumsecundum argumentũ iudeorum est ad probandum christum non esse deum sicut christiani affirmãt. Arguunt autem sic scriptum est Exodo. xx. non assumes nomen dei tui in vanum. In vanum nomen dei assumit qui hominũ homini cultum divinitatis attribuit. Nam vanitas est omnis homo qui hominem deum credit et deum appellat homini novum cultumqꝫ divinitatis ascribit. Item in psal. scriptum est non erit in te deus recedens neqꝫ adorabis deum alienum. Item in lege scriptum est ꝙ qui fecerit se deum occidatur. nullus ergo homo est deus. Mirum ergo est quomodo christiani ausi sunt ihesum nazarenum nominare deum etiam concesso ꝙ esset messias cum sacra scriptura sit in oppositum vt dictum vel si dicant ꝙ messias debet esse deus. ostendant christiani. Unde in sacra scriptura talis assertio potest notari licet tamen in primo libro sit sufficienter declaratum quadruplici examine ꝙ ihesus christus est verus filius dei et consequenter verus deus quia tamen iudei petunt auctoritates sacre scripture. Ideo in presenti duo sunt fienda. Primo solvetur argumentum Et secundo assignabuntur auctoritates expresse ad propositum ostendendum. De primo ergo dicitur ꝙ nomen dei assumeretur i vanum si alicui puro homini attribueretur. sed si attribuitur alicui qui non sit purus homo sed verus homo et cum hoc etiam sit verus deus tunc non assumitur in vanum. talis est ihesus dominus noster qui non tantum homo sed etiam verus deus affirmatur: et sic deus et homo vnus est christus. nec ẽrecens vel recenter deus qui eternus est et ab eterno deus. nec ipse se facit deum quia substantialiter est deus. Ille enim facit se deum qui fingit se esse deum cum non sit. nec est deus alienus quia vere est deus. dij vero gen-

tium alieni dij dicuntur quia nuncupantur dij. Circa secundum. tollant iudei velamen de cordibus suis. legant sacras scripturas quas et non alias pro presenti allegare intēdo que communiter non solum secundū catholicos doctores sed etiam ꝑm antiquos hebreorum rabinos de messia exponuntur. Et primo quidem abrabam pater fidei nostre adducitur in medium. qui accepta promissione ꝙ in semine suo benediceretur omnes gentes. intelligens ex hoc deum nasciturum secundum carnem humanam ex genere suo cum esset senex et dierum multorum vocauit ad se seruum seniorem dom⁹ sue Geñ. xxxiij. et dixit ei Pone manum tuam subter femur meum. vt adiurem te per deum celi et terre vt non accipias vxorem filio meo de filiabus. etc̃. Cum enim sit consuetudo apud colentes deum ꝙ iurans per deū prestat manum suam super aliquid habens specialem relationem ad ipsum propter qḋ Exo. xxij. dicitur ꝙ. quando aliquis iurabit applicabitur ad eos nullomodo pater abrabam fecisset manum serui sui poni subter ꝓprium femur quando iurabat per deum celi nisi specialiorem relationem haberet femur suum ad deum ꝗ alia membra corporis sui ꝙ quidem verum est inquantum illa pars specialius ordinatur ad actum generationis per quem ꝗtum ad matrem de genere abrahe nasciturus erat xp̄s. Secūdo pōt adduci illud. Jsa. ix. paruulus natus est nobis etc̃. Sequitur et vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius deus fortis pater futuri seculi. priceps pacis. paruulus dixit quia verus homo. admirabilis etc̃. quia verus deus. Hec enim nomina omnia non videntur alicui posse competere nisi sit deus. Tercio pōt adduci illud Jsa. xxv. Et dicet ī illa die. ecce deus noster iste: expectabimus eum. et saluabit nos. Super quo dicit venerabilis petrus alfonsi in suo dyalogo ti. viij hunc certe versum aliter non curamus explanare ꝗ doctores vestri illum dudum exposuere. per illum nanqꝫ docuerunt venturum fore tempus quo et mundus dominum esset visurus. et digito sibi adinuicem populus ostensurus hoc vero fieri nullatenus posset nisi hō fieret qs et de⁹. hec ille. Quarto pōt adduci illud Jsa. li. posui verba mea in ore tuo: et in vmbra man⁹ mee protexi te. vt plātes celos et fundes terram et dicas ad syon populus meus est tu siue plantatio celorum siue fundatio terre accipiatur spiritualiter siue ad litteram. certum est ꝙ talia nō possūt verificari nisi de illo qui est deus. christi enī humanitas premittitur cum dicitur. posui verba mea in ore tuo. ita eī dixerat domin⁹ moysi vt habetur Deutro. xviij. prophetam suscitabo de medio fratrum tuorum similē tui et ponam verba mea in ore eius qui verba eius que loquetur in nomine meo audire noluerit ego vltor existam. Jstud autem non potest intelligi de Josue nec de aliquo qui fuerit sub lege mosayca quia vltimo capitulo eiusdem libri dicitur. Non surrexit vltra propheta in israhel sicut moyses. sed verificatur de christo qui fuit sibi similis īquātum dedit legem sicut patuit supra libro. i. in apparitione tercij thesauri: sed postea tangitur eius diuinitas cum addit vt plantes celos et fundes terram etc̃. Jta enim promiserat se personaliter venturum Eze. xxxiiij. Ecce ego visitabo oues meas sicut pastor visitat gregem suum. Differentia est inter dñm et pastorē. tunc enim domin⁹ ouiū ē pastor earū qñ immediate non per alios sed per se pascit eas. Jn veteri testamēto deus erat solum dominus et mittebat pastores suos ad pascendū oues qui dicebant hec dicit dominus sed visitans sicut pastor gregem suum nobiscū est dominus Jsa. lij. Ecce ego qui loquebar in veteri. s. testamento: assum ī nouo. Quito adducitur alia auctoritas Jsaie in ca. xl. que non minus confirmat ꝓpositū Reuelabitur glꝫa dñi et videbis oīs caro pariter qḋ os dñi locutū est. pōt quippe vox rei spūalis audiri sicut filij israel voce domini audierunt in monte synai. loquentē vero nō videbis nisi fuerit res carnalis. Sexto ītroducitur auctoritas baruch in tercio. c. vbi inqrēs in toto ca. q̄ sit vera sapiētia et q̄ adinuenit eā subdit. hic est de⁹ noster et nō estimabitur ali⁹ ante illū hic adinuenit oēm viā discipline et tradidit eā Jacob puero suo et israel dilecto suo et post hoc in terris visus est et cum hominibus conuersatus est. Certū est ꝙ deus ꝑm diuinitatem videri nō potest quia dicitur. Exo. xxxiiij. no nvidebit me homo et viuet. nō poteris videre faciē meā

nec etiam conuersatur cum hominibus inquan/tum est deus vt dicitur Dan. ij. immo con/uersatio proprie est inter illa que sunt eius/dem speciei. Et ideo ista verificantur de deo secundum naturam assumptam. Septimo hanc duplicem naturam ostendit. Micheas in. c. v. dicens. et tu bethleem effrata paruulus est in milibus iuda ex te enim egredietur qui sit dominator in israel. et egressus eius ab initio a diebus eternitatis eius. Nam egressus xpi secundum humanitatem debebat fieri in bethleem. sed egressus a diebus eternitatis non potuit esse nisi secundum diuinitatem de quo egressu dicitur Isa. liij. generationem eius quis enarrabit. Super predicto etiam verbo petrus alfonsi in suo dyalogo ti. viij. pulchre loquitur dicens. Hoc quippe quod est ex te mihi egredietur qui sit dominator in israel secundum corpus dictum est. secundum quod princeps ille aduenturus erat in tempore. Quod autem sequitur et egressus eius ab initio a diebus eternitatis perpetuitatem insinuat deitatis. hoc enim diuinitati attribuit quod homini puro non conuenit. hec ille. Ista secundum predestinationem non possunt esse dicta. tum quia significatum vocabulorum hoc non patitur: tum quia nimis inscienter loquerentur prophete ita studiose ad laudandum messiam per ea que non magis competunt sibi quam lapidi. Octauo dauid in ps. xliiij. dicit. Sedes tua deus in seculum seculi virga directionis virga regni tui. Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis: Cum hoc inquam dicit. eum ad quem loquitur deum esse et hominem ostendit: dicens enim. Sedes tua deus in seculum seculi virga directionis virga regni etc. nunquid non manifeste eum appellet deum. Deinde cum dicit. Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. Ad hominem eum loqui percipimus neque enim vel deum. vel consortem habet deus. Item dauid in ps. Deus iudicium tuum regi da. qui ad literam etiam per doctores hebreos exponitur de xpo in lege promisso dicit et permanebit cum sole et ante lunam in generatione et generationem. et sit nomen eius benedictum in secula ante solem permanet nomen eius. Et illud et adorabunt eum omnes reges omnes gentes seruient ei. Videamus inquam si de puero homine dicta sunt hec omnia. et patet manifeste quod nullomodo conueniunt nisi soli deo: ergo sequitur quod xpm confiteri debemus esse hominem et deum. Quod etiam dauid spiritu reuelante cognouit et miracula que facturus erat preuidit. Ideo huiusmodi finem psalmista fecit psalmum. Benedictus dominus deus israel qui fecit mirabilia solus. et benedictum nomen maiestatis eius ineternum. et replebitur maiestate eius omnis terra fiat fiat. vidisti ergo iudee quam clare ex sacris scripturis patet quod messias in lege et prophetis promissus verus deus et verus homo esse debeat quare merito ihesus nazarenus quem verum messiam supra ostendimus verum deum et verum hominem confitemur. et vt amplius perfidia iudaica confundatur tribus rationibus ostendam sicut deducit magister Bernardus oliuerij in suo tractatu contra cecitatem iudeorum. c. viij. Quarum prima talis est. Ille homo vere erat deus cuius pena temporalis sufficienter satisfecit pro peccatis totius populi. Sed mors xpi plene deleuit omnia peccata: ergo xpus vere est deus. Maior patet. quia ad sufficientem satisfactionem pertinet quod pena respondeat culpe. culpa autem que est peccatum mortale est infinita eo quod committitur contra deum infinitum. Videmus enim eundem actum esse culpabiliorem et grauiorem contra insigniorem et maiorem personam commissum quam contra ignobiliorem vel inferiorem. Si ergo ad augmentum obiecti sequitur augmentum culpe. cum deus excedat omnem personam in infinitum culpa commissa directe contra eum qualis est quodcunque peccatum mortale in quo formaliter est auersio a deo dicenda est infinita: ergo pena pro tali culpa debet esse infinita: sed nulla pena que non durat in infinitum potest esse infinita nisi sit in supposito infinito vt sic finiretur pena ex subiecto sicut culpa ex obiecto. Pena igitur temporalis sufficienter satisfaciens pro quocunque peccato mortali necessario est in supposito infinito. sed suppositum infinitum est nullum nisi diuinum: ergo vera est prima propositio quod cuius pena temporalis sufficienter satisfecit pro omnibus peccatis vere est deus. Sed minor patet ysa. per totum. liij. capitulum vbi dicitur. vere languores nostros ipse tulit. et dolores nostros ipse portauit et nos reputauimus ipsum quasi leprosum et percussum a deo et humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostre super eum et liuore eius sanati sumus. omnes nos quasi oues

errauim⁹ vnusquisq̧ in viā suā declinauit et dominus posuit in eo iniquitates oim nostrū etc. de quibus fuit plene dictū supra in apparitiōe thesauri. Sed in circuitu ipsi am bulātes falsas conātur dare mssiones et finaliter neminē inueniētes i veteri testamēto q̄ mortuus sit ꝓ peccatis populi sic ꝙ tota ꝓphetia posset de illo exponi. Dicūt ꝙ quando iudaicus popul⁹ ad pfectū statū recōciliabat. tūc cetere nationes loquētes ex cōpassione et quasi cōparatiue dicent. nos reputauimus eū. s. istū populū leprosum et ꝑcussū a deo etc. que sequūt. sed mentita est iniquitas sibi. multa eni dicūt in dicto ca. que de nullo alio a xp̄o intelligi possunt. Ait enim de⁹. ꝓpter zel⁹ populi mei ꝑcussi eū. Si ergo iste percutiet ꝓpter peccata populi dei. illi q̄ dicturi sunt languores vr̄os portaui erūt de populo dei. ergo nō ē vera expositio ꝙ alie gentes dicāt de populo dei p̄dicta verba. itē dicit ibidē oblat⁹ ē q2 ipse voluit. Itē peccatum non fecit. nec est inuent⁹ dol⁹ in ore eius Itē in codē. c. tradidit in mortē animā suaʒ et cū sceleratis reputat⁹ ē et ipse peccata multorū tulit et ꝓ transgressorib⁹ orauit que oia nullo mō de populo iudaico verificari possunt nec de aliquo alio. cū ꝓpheta eius diuinitatē inuat dicēs generationē ei⁹ quis enarrabit et ꝙ volūtas domini in manu eius dirigit. Itē zacharias ꝓpheta in. c. ix. p̄mittēs ecce rex tuus veniet tibi iust⁹ et saluator qui loquet pacē gētib⁹ et ptās eius a mari vsq̧ ad mare et a fluminib⁹ vsq̧ ad fines terre sbdit. Tu aūt in sanguie testamēti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo nō erat aqua. Itē in. xij. c. aspiciēt ad me quē confixerunt Itē in. xiij. c. et dicetur ei quid sūt plage iste i medio manuū tuarū et dicet. his plagatus sum in domo earū q̄ diligebāt me totā istaʒ orationem tangit in virtute Isaias in. xxviij ca. vbi prio ponit culpā dicēs. pcussimus fedus cū morte et cū inferno fecim⁹ pactū. posuim⁹ mēdaciū spē nostrā. mēdatio ꝓtecti sumus. et cōsequēter subdit remediū inqēns. idcirco hec dicit dominus deus. Ecce ego mitto in fundamento syon lapidē. lapidem ꝓbatū angularē. pciosū et delebit fed⁹ vr̄m cū morte et pacū vestrū cū īferno nō stabit Secūda ratio pōt sumi ex dictis Josephi q̄ fuit iudeus et verus historiographus dicentis ꝙ iherusalem fuit destructa q2 iuste ei⁹ habitatores interfecerunt xp̄m et beatum iacobum. Ex quo sic pōt argui. iudei nō errassent occidendo xp̄m et beatū iacobū nec per consequens fuissent puniti nisi xp̄s vere fuisset deus. sed isti peccauerunt occidendo istos ergo xp̄s vere erat deus. maior patet q2 iudei interfecerūt christum quia dicebat se esse deum et certe si non fuisset verū ꝑm legē debebat mori. Judei ergo interficiendo xp̄m si nō fuisset deus q2 fecissent ꝑm legem non peccassent occidendo ipsum et beatum Jacobū sed potius meruissent. et eadem ratio est de beato Jacobo qui ideo interfectus fuit q̄a asserebat christum esse deum. Sed si non dixisset verum iu[illegible]e interfectus fuisset. ergo vera est maior propositio. ꝙ si christus non fuisset deus iudei non peccassent occidendo ipsum et beatum Jacobum. Sed minor patet per dictum Josephum asserentem iudeos deuenisse in istam vltimam captiuitateʒ quia iniuste interfecerunt hos duos predictos. Ex quo etiam tercia ratio potest induci que talis est. Interficere puram creaturam iniuste non est ita magnum peccatuʒ sicut ydolatrare. sed interficere christum fuit maius peccatum q̄ȝ ydolatrare. ergo christ⁹ non erat pura creatura et sic oportebat ꝙ esset deus. maior est manifesta quia magis peccatum est facere contra preceptum prime tabule q̄ȝ contra quodcunq̧ de tabula secūda. Sed ydolatrare est contra primum preceptum prime tabule peccare. homicidium vero est contra secundum preceptum secunde tabule ergo mai⁹ peccatuʒ ē ydolatria q̄ȝ homicidium. Minor probatur quia licet interdum iure humano grauius puniatur minus peccatum. in lege tamen diuina pro mensura peccati est plagarum modus vt dicitur Deutro. xxv. capi. Cum ergo iudei per peccatum commissum contra christum incurrerint maiorem penam in vltima captiuitate que iam durauit mille. cccclx. annis. q̄ȝ fuerint aliqua pena eis vnq̄ȝ immissa propter peccatum ydolatrie necessario oportet dicere maius peccatum fuisse interfectō christi q̄ȝ adoratio ydoli. ergo christus erat deus et hoc patet satis rationabiliter si consideremus conditionem legis quam christus erat daturus. Videmus enim in oibus actib⁹ ordinatis ꝙ ille q̄ ē superior artifex pricipalē et pfectiuū actū opat ꝑ seipsuʒ

Ea vero que disponũt ad illã ꝑfectõnẽ ope
raṫ per suos ministros sicut nauis factor cõ
paginat ꝑ seipsum. seꝑparat illam nauẽ per
artifices subministrantes. et iõ cõueniẽs fu
it ꝙ lex ꝑfecta noui testamẽti dareṫ ꝑ ipsum
deũ hominẽ factũ. lex autẽ veros ꝑ dei mi-
nistros ꝓpter qḋ de latore legis noue diciṫ
Job. xxxvi. ecce deꝰ excelsus in fortitudine
sua et nullus est ei similis in legislatoribus
hec sufficiant contra ꝑfidiã iudaica ad ostẽ-
dendum rõibꝰ et auctoritatibus ꝙ xp̃s ẽ ve
rus deus et verus homo.

Contendit iudeꝰ probare ꝙ lex euangeli
ca non est a deo quia ponit trinitatem perso
narum.

V Icesimũ terciũ argumentũ iudeo
rum ẽ cõtra trinitatẽ ꝑsonarum ex
qua arguunt legẽ euãgelicã non eẽ a deo sic
Illa lex non est a deo ꝗ tollit oĩmode vnita
tẽ diuinã. qꝛ deutro. vi. diciṫ. Audi israel do
minus deus tuus vnus est. sed lex euange-
lica videtur hanc vnitatẽ auferre ponendo ꝑ
sonarũ trinitatem ergo lex euangelica nõ est
a deo. Respondetur iudeo ꝙ trinitas ꝑsõa-
rum nõ derogat vnitati essentie diuine. nam
et ipsi habent concedere deũ esse in diuersis
locis. qꝛ. p̃s. dicit. Si ascendero in celũ tu illic
es. si descendero ad infernũ ades. quod nõ
põt verificari ƀm diuersas ꝑtes qꝛ deꝰ spũs
est. et omni diuersitate et cõpositione ꝑtiũ ca
ret nec põt dici ꝙ deus sit ĩ diuersis locis suc
cessiue qꝛ ipse dicit malachie. iij. Ego dñs et
non mutor ergo sicut simul et semel totus est
in diuersis locis cũ veritate sue vnitatis ita
suo modo diuinitas exñs vno numero simŀ
est tota in diuersis suppositis. nõ ei est scrip
tura in mũdo ꝗ verius ponit vnũ deũ ꝙ̃ fa
cit euãgeliũ. Sed hec vnitas ꝓpter sui infi-
nitatẽ et illimitationẽ cõpatitur secũ perso-
narũ trinitatem. Ad innuẽdum ergo ꝙ trini
tas non tollit vnitatẽ essentie vbicunꝗ̃ ĩ ve
teri testamẽto in hebreo iueniṫ heloym qḋ si
gnificat deũ in plurali numero adiũgiṫ actꝰ
singularis vt est illud. In pricipio creauit he
loym celũ et terrã. Dicũt iudei ꝙ hoc nomẽ
heloym indifferẽter accipiṫ ꝓ singulari vel
pl'ali. et qñ accipiṫ ꝓ deo vero semꝑ in singu
lari teneṫ sicut ibi. in principio creauit helo-
ym ecce ꝙ si creauit stat in singulari. sed hoc
patet manifeste falsum. Nam aliquando te
neṫ manifeste ꝓ deo vero. et tñ cõiungiṫ cũ
adiectiuo pluralis numeri et aliqñ etiã cum
verbo pl'alis numeri qḋ non eẽt si teneretur
pro singulari. Exemplũ primi Josue vltio
nõ poteritis seruire domino deꝰ eñi sanctus
est etc̃. hebraica veritas habet non poteritis
seruire domino qꝛ heloym sancti ipse. Ista
auctoritas loquitur de deo vero qꝛ Josue lo
quebatur populo de seruitute ve.. dei vt pꝫ
litterã intuẽti. Itẽ Ierc. xiij. ꝑuertistis ver-
ba dei viuentis domini exercituũ dei vestri
hebraica veritas hic habet peruertistis ver-
ba heloym viuentium deũ exercituũ. Ista
auctoritas manifeste loquiṫ de deo vero
Nam vbi nos habemꝰ deũ exercituũ in fine
auctoritatis pro hoc nomine domini in he
breo ponitur nomẽ dñi thetragramatõ qḋ ꝺ
solo vero deo põt dici vt declarat rabi salo-
mõ ĩ libro de directõe ꝑplexorũ et tñ in istis
auctoritatibꝰ hoc nomẽ heloym cõiũgiṫ cũ
adiectĩs pluralis numeri vt pꝫ exẽplũ scdi.
scꝫ de verbo pl'alis numeri. ij. Reg. vij. que
est gẽs vt ppl's israel in terrã ꝓpter quã veñ
deus vt redimeret sibi in populũ. hebraica
littera sic habet. que autẽ vt populus tuꝰ gẽs
vna ĩ terra ꝓpter quã iuerũt heloym ad redi
mẽdũ sibi. pꝫ ergo ꝙ li heloym stat in pre-
dictis auctoritatibus ꝓ deo vero et in pl'ali
quare cũ sit ibi ĩpossibile pluralitatẽ ponere
deorum necessario est ibi ponere pluralitatẽ
personarũ siue suppositorum quia actiones
tales sunt suppositorum secũdo de anima.
Patet igitur ex modo loquendi hebraico ꝙ
in diuinis est pluralitas suppositorũ et vni
tas essentie ꝙ moyses et alij prophete dede
runt studiosis in lege per talem modum lo-
quendi. Quomodo autem iste actus eliciatur
ab essentia formaliter que vna est simpliciter
potentiā regis violēta vt dictū est supra. Et dato ꝙ in adulteriū consenserit tamē iudei nō possunt dicere quin deuota fuerit et honesta. Nā prouerbiorū .xxx. c. super illud qui dilecte mi. quid dilecte vteri mei et cetera: dicūt doctores hebrei ꝙ ad litterā hec sunt verba matris Salomonis ipsum arguētis eo ꝙ prima nocte q͛ iacuit cū filia Pharaonis ita carnaliter et insolēter se habuit cū ea ꝙ in mane tātū dormiuit ꝙ trāsibat hora offerēdi iuge sacrificiū matutinū. et claues templi erant sub ceruicali Salomonis. Et ideo mr̄ eius intrauit cubiculū eius et excitauit eū dicens: quid dilecte mi. quid dilecte vteri mei. quid dilecte votorū meorū. quasi dicat. considera quid fecisti. sperabā ꝙ tu zelares pro cultu diuino et bene regeres regnū et tu defecisti: et consequenter monuit eū de carnalitate vitanda. et de iusticia autē conseruāda dicens. Ne dederis mulieribus substantiā tuam. nec obstat ꝙ ille cui dirigitur istud verbū vocat̃ Lamuel. Nā salomō hoc nomine vocatus fuit. eo ꝙ nathā propheta vocauit eū amabilē domino. ij. Regū. xij. qḋ in hebreo significat cū quo de⁹ in legittio. Est autem de⁹ cū eo quē diligit. Patet igitur ex dictis ꝙ iudei in arguēdo accipiūt falsum reprobando istas quatuor predictas mulieres vltra debitū. Et si dicat iudeus quare n̄ nominātur in genealogia xp̄i sancte mulieres scȝ sarra rebecca et sic de pluribus alijs que cōmēdantur in scriptura et tamē nominant̃ ibidē quatuor mulieres peccatrices predicte Respondet̃ istud ē terciū qḋ videbatur principaliter querere argumētū. Dico ergo ꝙ iste nominantur ad excludendū falsam opinionē que posset oriri. Cum enī dicitur ī genealogia abrahā genuit Isaac. intelligitur de sarra vxore eius principalit̃ et prima. Et eodē modo cū dicitur Isaac genuit iacob. intelligitur de rebecca et sic de alijs. Si igit̃ sic absolute diceretur. Judas aūt gēuit phares et zaram. Opinari posset aliquis ꝙ esset de vxore sua vera quod est falsum: q͛ iudas nō cognouit Thamar affectu maritali. propter quod ad excludendum opinionem falsam euangelista nomen Thamar expressit. Similiter si diceretur Salmon genuit booz precise crederetur ꝙ esset de sua prima vxore iudea natione quod non est verū. et ideo nomen Raab est ibi expressum. Et idem dicendum est de alijs duabus: Non enim Ruth fuit prima vxor ipsius booz nec bersabee ipsius dauid sed fuerūt eis ex accidenti cōiuncte Ruth vt suscitaretur semē defuncti, et bersabee ne moreretur propter crimen adulterij

Contendit iudeus probare christianos immundos quia comedunt carnes suillas.

S Ecundum argumentum iudeorū est ꝙ ex quo in genealogia ihū nazareni ponuntur mulieres imunde tota sua genealogia est ordinata ad imūdiciam Et ideo xp̄iani comedūt carnes suillas et cetera in lege ꝓhibita. Ad istud argumentum rn̄detur ꝙ nō sequitur xp̄iani comedūt carnes suillas et alia in lege prohibita ergo sunt immūdi. Nam illa precepta erant cerimonialia et per consequens figuratiua stat⁹ futuri sub xp̄o sicut sepe supra dictū est propter qḋ publicato euangelio cessant nō solum vt mortua sed etiā vt mortifera si seruarētur vt obligatoria ex lege. nā hoc esset dicere saltem facto ꝙ xp̄i aduentus nondū eēt cōpletus. Si autē aliquis abstineret a carnib⁹ porcinis et huiusmodi ex alia causa vtpote q͛ sunt sibi abbominabiles vel non sane nullū esset peccatum. ꝙ autem tales cibi tēpe xp̄i sint liciti patet ex actibus apostolorū et ep̄lis Pauli in multis locis que propter breuitatē omitto quia est notum fidelibus xp̄ianis. Itē rabi moysen hadarsan super Gen̄. adducit auctoritatem. ps. cxlv. Qui custodit veritatem in seculum facit iudiciū iniuriā patientibus dat escā esurientibus. dn̄s soluit compeditos. et hic est finis versus in hebreo. Exponit igitur iste doctor finem huius versus de esca tempore messie dicens ꝙ hec littera dat escā famelicis. dominus absoluens prohibita siue ligata. et exponendo sic dicat: omnis bestia que immūda reputatur in hoc seculo deus sanctus et benedict⁹ faciet eā mūdā in futuro seculo: sicut primitus fuit munda filijs. Noe q̄b⁹ dicitur Gen̄. ix. c. Quasi olera virentia dedi vobis omnia. Sicut enim olus fuit mūdū omnib⁹ sic animal et bestia filijs noe et ita in futuro absoluit deus quicquid ꝓhibuit de cibis. Sciēdū autē ꝙ iste doctor et alij doctores hebreorū loquentes de p̄nti

seculo et futuro: per presens seculum intelligunt tps currens vsqz ad messiã et ibi incipit seculũ futurũ. Cũ igitur ihũs nazarenus sit messias ver⁹ vt supra libro. i. ostensum est a tempore passionis sue in quo terminatus fuit cursus legis mosayce liciti sunt cibi lege mosaica prohibiti. Et ideo paulus apostolus i lege et prophetis: doct⁹ dicit: i. Timoth iiij. Omnis creatura dei bona et nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur sanctificatur enim per verbum dei. i. per eius filium modo dicto.

Contendit iudeus probare ꝙ ihũs non est verus messias quia in eius genealogia nulla ponitur mulier sancta.

t Ercium argumentum iudeorum ē ex euangelio. Si iesus nazaren⁹ esset verus messias in eius genealogia saltem aliqua mulier poneretur sancta: sed nulla talis ibi ponitur ergo non est vere messias. Maior videtur manifesta. minor probatur cum non ponantur nisi supradicte quattuor que et si non tantum peccatrices tamē fuerũt Respondetur quicquid sit de maiori ꝓpositõne minor est falsa. nam in fine genealogie ihũ xpi Jacob aũt genuit Joseph virũ marie: de qua natus est ihesus qui vocatur xps Ipsam autem esse sanctissimam scripture noui testamenti et doctorum catholicorum manifeste proclamant. Sed quoniam hoc satis est notum fidelibus ideo sanctitatem eius per scripturas iudeorum et sarracenorum declarare propono. Circa primum dicitur Jsa. vij. ca. Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emanuel que auctoritas ad litterã intelligitur de xpo et de eius matre. Pro declaratione huius ꝓphetie notandũ ꝙ sicut legimus Jsa. vij. et iiij. Regum. xvi. tempore regis achaz duo reges potentes. s. syrie et israel ascenderũt cõtra iherusalem ad preliandum contra eam. dominus autem misit ad eum ysaiam dicēs ꝙ non timeret ab exercitu istorum duorum regum. Ipse autem sicut erat malus et ydolatra et incredulus non credidit Jsaie. et ysaias dixit sibi ꝙ peteret signum sue liberationis ex quo sibi nõ credebat. vnde sibi dixit. pete tibi signum a domino deo tuo in profundum inferni scilicet per sucitationem alicuius mortui siue in excelsum supra scilicet ĩ celo sicut tempore Josue de sole. Iste autem rex malus nolens petere signum a deo dedit excusationem fictam. Dicens ꝙ hoc eēt temptare deum. vnde dixit non petam et ñ temptabo dominum. Cum autem cognouisset ysaias ꝙ non bona fide dixit achaz. imo quia deum non timeret aut amaret. et sic indignum reputans noluit sibi dare signum sed dedit domui dauid dicens. Audite ergo domus dauid nunquid parum vobis ē molestos esse hominibus quia molesti estis et deo meo propter hoc dabit dominus de⁹ ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet et pariet et cetera quod intelligitur de conceptione et partu xpi per virginem Mariam vt allegat euangelista Matheus in primo capitulo. Et per obsidionem ciuitatis iherusalem ab istis regibus significatur spiritualiter obsidio generis humani a demonibus: et ꝙ genus humanum debuerit ab obsidione dyaboli liberari signum fuit ꝙ virgo conciperet et pareret filium. Sed isti gloriosso signo de conceptu virgineo contradicunt iudei illud impugnantes et pro impossibili reputantes ꝙ virgo existens virgo conciperet et pariat filium asserentes et affirmantes ꝙ textus ysaie allegatus scilicet Ecce virgo et cetera. non intelligitur sicut nos christiani et fides catholica affirmat de virgine gloriosa virgine maria. et faciunt contra hoc communiter quinqz argumenta. Et arguunt primo sic. istud signũ fuit liberationis achaz a duob⁹ regib⁹ q̃ venerũt contra eum. xps vero natus est post achaz bene per. ccccc. annos liberationis igitur signum non fuit incarnationis xpi et conceptio eius ex maria virgine. Secundo sic vbi nos habemus virgo hebrei dicunt alma quod significat adolescentulam quod indifferenter dicitur de virgine et corrupta. Virgo autem sic non significat igitur textus ille non intelligitur de conceptione virginis scilicet adolescentule. Tercio sic qꝛ xps nõ ē vocat⁹ emanuel. sed ihũs ꝫm ꝙ pꝫ Luce: ij. et ꝓphetia dicit ꝙ vocabitur emanuel igit̃ nõ põt dici de xpo. Quarto qꝛ appet ꝙ ꝓphia itelligat̃ de aliquo filio et dicũt aliq̃ iudeorũ doctores et rabini. ꝙ intelligit̃ de ezechia filio achã q̃ dict⁹ ē emanuel

Alij vero dicūt ꝙ intelligitur de filio ysaie de quo in sequenti.c. dicit ꝓpheta accessi ad ꝓphetissam q̄ cōcepit et pepit filiū. Quito et vltimo arguūt iudei/littera dicit ꝙ anteꝙ sciat puer vocare patrē aut matrē auferetur fortitudo damasci igitur in xp̄o fuit ignorantia ꝙ xp̄iani reputāt falsum qꝛ dicūt ꝙ babuit plenitudinē scie ab instāti sue cōceptionis. Concludūt ergo iudei ꝙ nullo modo itelligitur de xp̄o nec de virgine Maria matre ei⁹ sicut nos xp̄iani dicim⁹ et firmiter credim⁹ et cōfitemur. Ad primū argumētū dicēdū iudeis ꝙ nō est verū ꝙ istud signū de cōceptu virgis ipsi achaz dareť licet sibi per ꝓphetā ꝓmitteretur dicens .pete tibi signum a domino deo tuo etc̄. Sed ex hoc iuitatus incredul⁹ remāsit et ydolatra qꝛ dixit nō petā et nō tēptabo dn̄m. alia lr̄a habet et non exaltabo dn̄m. Directū ergo fuit domui dauid signū vt patet ex textu vbi dicitur. audite dom⁹ dauid ꝓpter hoc dn̄s dabit vobis signū. Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur etc̄. quod signū iplētū est in virgine maria principaliter et realiter que fuit de domo dauid. Ad illud autē qđ dicitur ꝙ illud signū fuit per. ccccc. annos et vltra p⁹ achaz dicēdū est ꝙ duplex est signū. vnū ꝓnosticū respectu effectus futuri sicut gedeon datū fuit signū in vellere indicatiuum futurę victorie Judicū. ix. Secūdū est signū rememoratiuū respectu effectus preteriti sicut moysi datū fuit signū Exodi. iij. hoc habebis signū ꝙ miserim tecū eduxeris populū meum de egypto imolabis super montem istū grās. s. agēs de ista missione que tibi iponitur nec obstat de magna instantia tp̄is quia signū rememoratiuū ita respicit p̄teritum in magna distantia sicut signū ꝓnosticum futurū. Ad ꝓpositū istud fuit signū rememoratiuū et nō ꝓnosticū et fuit datū in tanta distantia ꝓpter hoc ꝙ cōueniens erat qꝛ achā fuit incredulus verbo ꝓphete ꝙ dareť signū in longinquū vt ipse in ꝓpria persona nō videret sicut in mente nō credebat. Jlli tamē q̄ descēderūt ab eo viderūt sicut maria et Joseph. et ideo signāter ꝓpheta nō dixerit verba ad achaz sed ad domū dauid de qua domū fuerūt maria et ioseph vt infra dicetur. Ad secūdū dicēdū ꝙ in hebreo sunt tria vocabula quasi idē significātia. s. nabra. betula. balma. primū accipitur pro muliere adolescēte paucorū dierū nō habendo respectū ad virginitatem vel corruptionem. Secūdū accipitur ꝓ virgine nō habendo respectū ad etatē. s. adolescens iuuenis vel senex. Tercium vero accipitur pro muliere habendo duos respectus. s. ad adolescentiam et virginitatem. et quia ista duo simul fuerunt in beata virgine. Jdeo propheta diuinitus illustratus posuit balma et nō aliquid aliud d̄ vocabulis supra dictis: Huius sententie est venerabilis peritus vir petrus alfonsi conuersus in suo dyalogo titulo. vij. dicēs. mulier nāq̄ siue iuuenis siue annosa ꝙ diu virgo est appellari pōt betula. ꝙ diu autem iuuenis est siue virgo sit aut corrupta potest nuncupari nabra. halma vero vocatur nulla nisi sit iuuenis et intacta. hec ille. Notādum etiam secundum Nicolaum de lyra in hoc passu ꝙ balmum significat absconsionem et inde dicitur balma abscondita que significat iuuenculam aspectibus hominum absconditam ita ꝙ de eius pudicitia et integritate non dubitatur maxime quando preponitur littera he. et tunc sonat hbealma. nec inueniuntur in tota sacra scriptura alique sic scripte nisi tantum tres scilicet rebeca. xxiiij. Genes. vbi dicitur de illa puella decora nimis virgoq̄ pulcherrima et incognita viro. et sequitur ibi puella que gradietur ad hauriendā aquam in hebreo habetur bealma q̄ egredietur etc̄. Et maria soror moysi. Exo. ij. vbi dicitur de ea et iuit puella et vocauit matrem pueri in hebreo habetur iuit bealma et cetera. Et ista que scribitur Jsa. vij. et iō cū due p̄rie fuerit virgines purissime q̄ sic noīate fuerūt idē tenēdū ē de ista hec lyra. dicit ergo ꝓpheta ecce bealma. i. adolecēs et virgo simł qꝛ ista duo dicit vocabulū bealma cōcipiet et pariet filiū. i. beata virgo maria a ꝓpheta p̄nūciať q̄ cōcepit et pepit virgo manēs et ꝙ ita necessario debeat intelligi patet qꝛ signū qđ debebat dari achaz ꝓ liberatione ciuitatis ſm textū rabi salomō debebat eē valde miraculosū. vnde dixit sibi Jsaias pete tibi signū a dn̄o deo tuo i ꝓfūdū inferni siue in excelsum supra in profundum inferni. i. in suscitatione alicuius mortui. vel in excelsum supra. i. in celo sicut in statione solis fuit tempore Josue. modo ꝙ virgo et adolescens conciperet et pareret filiū virgine nō remanēte. nullum miraculū esset. oportet ergo

ad hoc ꝙ sit miraculū ꝙ virgo cōcipiat et pariat in cōceptu et ī ptu virgine remanēte. Et hoc diuino miraculo qđ impletū est in virgine gloriosa. Et ideo augustin⁹ contra iudeos in sermone ānūciationis beate virginis dicit. Que sūt dei miracula nisi que sunt hoib⁹ ipossibilia qui scripsit tabulas sine stilo ferreo: ipse grauidauit: Mariā de spū sancto. q̄ multiplicauit panes in deserto sine rore. ipse virginē ipregnauit sine corruptione. et qui fecit virgā sine pluuia germinare. ipse fecit dauid filiā sine semine generare. Ad terciū argumentū dicēdū ꝙ intelligit̄ de xp̄o. et quādo dicūt ipse non est vocatus emanuel sed ihūs. Dicendū ꝙ imo q᷑ aliud ē nomē qđ iponitur fm rōez idiuidualē vt petr⁹ et sic xp̄s semper vocat⁹ est ihūs. Et ē aliud nomē qđ iponit̄ fm ꝓprietatē vel aliquā virtutē excellentē vt liberalitatis. et sic liberalis vocatus est alexander. fortis vocatur sampson hercules vel achilles. et isto modo xp̄us vocatus est emanuel ꝓpter excellentiā et diuinā ꝓprietatē quā hꝫ. q᷑ in eius supposito diuina natura pariter et humana simul cōiūgūt̄. Vnđ emanuel interpretatur nobiscū de⁹ quo noīe sepe vocauit eū maria ipsū vt verū deū et hominē adorando. et ita īpletur littera hebraica que habet vt illa hebalma vocabit nomē eius hemanuel. Super quo verbo dicit p̄dictus petr⁹ alfonsi vbi supra. et vocabis nomē eius hemanuel. In hoc quod ibidē legit̄ vocabis. duo sunt notanda. s. ꝙ de⁹ sic appellari filiū volebat. et ꝙ sine carnali patre virgo foret puerū paritura ꝓpter hoc eni ait vocabis ac si diceret ipsa tantū vocabit et non pater. hec ille. Ad quartū argumētū q̄n dicunt iudei ꝙ ille fili⁹ erat ezechias fili⁹ achaz. vel ꝙ erat filius ysaie de quo in sequenti. c. dicit ipse accessi ad prophetissam que concepit et peperit filiū et iste vel ezechias vocat⁹ ē emanuel. Dicēdū ꝙ pꝫ vtrūqꝫ manifeste eē falsū. Et primo de ezechia q᷑ vt patet ex quarto libro Regū achaz regnauit per. xvi. ānos ī cuius quarto āno dicta e.. prophetia q̄n icepit regnare filius ei⁹ ezechias habebat. xxv. annos. Demptis ergo quatuor de regno p̄ris sui in quorū quarto dicta ē ꝓphetia patet ꝙ vsqꝫ ad tēpus regni sui de regno patris non transierūt nisi. xij. āni. dēptis igitur istis. xij de. xvi. sequitur ꝙ quando dicta fuit ꝓphetia ezechias iam habebat. xiiij. annos. sequit̄ ergo ꝙ prophetia in eo verif. c.. n non potuit quia iam erat natus. Patet secundo ꝙ non potuit intelligi de filio ysaie ꝓpter illud qđ in sequenti. c. dicitur. accessi ad prophetissāꝫ propter duo. Primo quia de illo filio ysaie qui secundum textum nomen eius fuit accelera velociter spolia detrahe cito predar̄ nec de eius nomine. nec de eius vita. nec de eius gestis aut morte vlla mentio fit in scriptura secundum ergo Hyeronimon eadem facilitate qua dicitur contemnitur. Secundo quia non est verum ꝙ Isaias protunc accederet ad prophetissam vxorem suam vt ipsa conciperet et pareret filium de quo intelligunt iudei. Et ratio est quia in textu premittitur adhibui mihi duos testes fideles Vriam sacerdotem et Zachariam filiū barachie. et statim sequitur accessi ad prophetissam que concepit et peperit filium. Modo dico iudeis duo. Primo ad quid propheta inducebat istos testes: nunquid indigebat testibus in accedendo ad concubitum prophetisse vxoris sue. istud est turpe dicere.

Secundo peto ab eis qui fuerūt isti testes fideles. non vrias qui fuit tempore Joachim de quo Hiere. xxvi. Fuit vir prophetans in nomine domini. vrias filius semey quia a tempore achaz et ysaie vsqꝫ ad tempus Joachim vt patet in quo fuit iste propheta fuerunt plus q̄. c. anni. sicut patet per tempora per que regnauerunt reges. qui fuerunt i medio vt patet quartum librum Regū discurrenti. Item alius testis fidelis Zacharias filius barachie qui est. xi. de. xij. prophetis minoribus non erat adhuc natus. ipse fuit secundo anno regni darij regis persarum qui successit tyro. qui dedit licentiam iudeis reedificandi templum et a tempore achaz et ysaie vsqꝫ ad tempus darij fluxerunt plus q̄ ducenti anni. non ergo iste accessus ysaie ad prophetissam nec de istis testibus aliq̄d continet veritatis. Quod ergo dicunt iudei est veritas istius textus. O vtinam tolleretur cecitas ab oculis vestris. Certe dico ꝙ veritas istius prophe.ie est ꝙ deus spiritus sanctus assumpsit istos duos testes supradictos et accessit ad prophetissam id est ad virginē mariā q̄ huit spm̄ ꝓphetie et cōcepit et pep̄it filiū ihm xp̄m saluatorē nr̄m. nā quā

do dicitur ī textu adhibui mihi duos testes et cetera. loquitur spiritussanctus per seipsū et non ꝓpheta sicut enī loquit᷑ ꝑ prophetam sic pōt loqui per seipsum. Isti duo testes fideles quos deus spiritussanctus adhibuit fuerunt. Urias filius semey de quo dictū est ꝙ ꝓphetauit multa mala contra ciuitatem que venerunt in captiuitate babylonica. Et zacharias filius barachie qui prophetauit multa bona spāliter de aduentu messie zacharie. ix. Exulta satis filia syon. ecce rex tu⁹ venit tibi iustus et saluator et cetera. Et qn̄ dicitur ꝙ adhuc n̄ fuerūt nati sed futuri erūt Hic est dicēdū ꝙ nō obstat qꝛ p̄teritū et futurū totū est deo presens. et ita loquitur de preterito et de futuro sicut de presenti et post ꝓphetias istorum sequitur immediate in textu totum in persona dei et spūsancti et accessi ad prophetissam. s. virginem Mariā que ꝓphetauit in cantico. Magnificat aīa mea dominū. Et cōcepit et peperit filium. Iste accessus fuit specialis et hoc per spiritū sanctum sicut dixit sibi angelus Luce. i. spiritus sanctus superueniet in te. Ad quītū et vltimū argumentū dicēdū ꝙ intelligitur ꝺ scientia humana. licet ei in xp̄o nō fuerit ignorantia tamē qꝛ fact⁹ ē hō ī tēpore habuit sciētiam in tempore et anteꝙ illā haberet liberatio populi denunciata per ysaiam completa fuit. Cū igitur supra declaratū sit ꝙ ihūs nazarenus sit vere xp̄s. sequit᷑ ꝙ mater eius maria cōcepit eū et peperit virgo et per consequēs est sanctissima. nec iudei pn̄t dictā auctoritatē negare qꝛ nō solū accipit᷑ ꝺ trāslatione hieronimi. sed etiā de trāslatiōe. lxx. interpretū qui fuerunt iudei. et in lege et prophetis peritissimi secūdū ꝙ dicit Iosephus antiquitatis iudaice libro. xij. Videāt etiā iudei tergū translationē chaldaicam cui contradicere nō possunt nec audent. qꝛ istā prophetiam sic exponit. vnde vbi nos habem⁹ hic et adhibui mihi testes fideles vriam sacerdotē et zachariā filiū barachie et accessi ad ꝓphetissam etc̄. Illa trāslatō sic habet. et cōtestatus sum contestationes malas ex ꝑte mea quas dixi venturas in ꝓphetia vrie sacerdotis eē futurū est quoqꝫ sic omnē cōsolationē quā dixi vēturā in ꝓphetia zacharie filij barachie ego adducturus sum et accessi ad ꝓphetissam et cōcepit et pep̄it etc̄. Item pōt declarari sanctitas virginitatis Marie ex secreto lemarhe. qꝛ mem clausa contra naturam suā est ibi posita in verbo multiplicabitur eius imperiū. vide supra lib. i. in apertione primi thesauri. Unde in libro qui dicitur sabath apud hebreos autētice dicit᷑ mem clausa verbū clausum significat. Idē autē ꝑsuadetur per illud quod habetur ysaie. xi. Egredietur virga de radice yesse et flos de radice eius ascendet. Hec auctoritas ad litteram intelligitur de christo vt supra ostensum est qui per florem ītelligitur. quia sicut sine arboris corruptione flos ab ea egreditur. sic xp̄s. nasciturus ex matre absqꝫ virginitatis corruptione. Idem etiam persuadetur per hoc quod habetur ysaie. lxvi. anteꝙ parturiret peperit. parturire est dolorem partus sentire. Non autē dicitur de aliqua muliere ꝙ ipsa peperit absqꝫ dolore partus excepta domini nostri ihesu christi matre. Item hieremias. xxxix. dicitur nouum faciet domin⁹ super terram femina circundabit virum. per hoc ꝙ dicit propheta nouum faciet domin⁹ manifeste ostendit insolitam rem futuram a domino et alias inauditam quod fuit quādo virgo beata diuinitus concepit ihesū virum scientijs et virtutibus ab instanti sue cōceptionis perfectum et sic eum suo circūdedit vtero virginali. Quod etiā ipsum pareret manente corrupta hoc non est nouum mulieribus. sed ꝙ ipsum pareret ipsa remanente clausa istud est nouum. Item hoc fuit figuratum Ezechielis. xliiij. et dixit dominus meus ad me. porta hec clausa erit et non aperietur. et vir non transibit per eam quoniam dominus deus israhel ingressus est per eam eritqꝫ clausa. et hic est finis vers⁹ in hebreo per hanc portam intelligitur virgo Maria per quam filius dei venit ad nos et exiuit deus et homo clausura virginitatis integra remanente. Item rabi barachias exponens illud Trenorum vltimo. pupilli facti sumus absqꝫ patre dicit ꝙ deus sanct⁹ et benedictus ait israheli: vos dixistis corā me pupilli facti sumus absqꝫ patre. Redemptor quē ego suscitabo vobis sine patre erit scꝫ ī terris: sicut ē sine matre in celis et sic ꝑ in eū appet virgitas marie mr̄is xp̄i. Itē dn̄s Bonauētura quōdā ep̄s albañ. sup terciū sententiarum distinctione. iij. loquens de

sanctificatione marie dicit. Quidā iudei asse rūt de ea ꝙ q̄uis eēt pulcherrima a nullo vn ꝙ hominū fuit ꝯcupita vñ aūt acceperit hoc iudeorū dictū nescire se dicit. Nicolaus d̄ lyra. Sed non est verisimile ꝙ talis aut tant⁹ doctor posuerit istud in scripto suo nisi habuerit ab aliquo loco autentico. Ratio autē quare virgo beata nō fuit cōcupita ab hominib⁹ pōt assignari. q꞉ dispositio mētis mag[is] relucet in facie ꝙ̄ in ceteris alijs ptib⁹ ꝓpter quod ex plenitudine gratie existentis in eius mente fiebat quedā refulgentia in eius facie que in hoīb⁹ ipsam intuentib⁹ cōcupiscentiā nō excitabat sed magis eā reprimebat et hoc modo de amabilitate sancti Sebastiani dicitur. Necesse enī erat vt quē de⁹ tanta ꝑfuderat grā ab oīb⁹ amaref. Consequenter declaratur sanctitas virginis marie ꝑ scripturas sarracenorum ꝓpter maiorē cōfusionē iudeorū dicitur ei in alchorano machometi. Dixerūt angeli. O maria deus vtiqꝫ elegit te et purificauit te et elegit te clarā super mulieres seculorū. Itē ibidē. O maria de⁹ āñūciat tibi verbū ex ipso. nomen eius ihūs fili⁹ marie. et erit honorabilis in hoc seculo et in futuro. Item ibidē dixit ipsa. deus me⁹ quō erit mihi filius et non tetigit me homo. Dixit sic deus creat quod vult cū decreuerit vt ꝙ aliquid. dicat ei esto et erit. Itē in libro albokam qui ē auctētic⁹ apud eos dicit ēphoraria socius machometi ꝙ audiuit nunciū dei dicētem nullus de filijs adā nascif quē non tangat sathan preter mariam et filiū ei⁹ per nūciū aūt dei intelligit machometū. itez dicit ehumisse ꝓphetā. i. machometū dixisse multi ꝑfecti fuerūt in hoīb⁹. nulla autē in mulieribus fuit ꝑfecta nisi mater ihū. Has aūt scripturas sarracenorū induxi quia secūdū apostolū oportet sanctos habere testimoniū ab his qui foris sunt. Patet igitur ꝙ iude⁹ in miore sui argumēti accipit falsum scz ꝙ in genealogia saluatoris nō ponitur aliq̄ mulier sancta. cui⁹ opiniōis videf fuisse Hieronimus sup Matheū dicēs. Notādū ī genealogia saluatoris nullā sanctarū mulierū assumi sed eas quas scriptura reprehendit qui ꝓpter peccatores venerat de peccatricib⁹ nascēs oīm peccata deleret. Sed istud dictū nō placet Nicolao de lyra propter duo. prio q꞉ vt dictū est in genealogia saluatoris ponitur maria sanctarū sanctissima. Secundo quia ex eadē ratione ibidē arguit Hyeronimus ad oppositum. s. ꝙ ꝓpter peccatū athalie filie impijssime iesabelis que erat ydolatra et ad ydolatriā traxit Joathan maritum suū filius ahorū ochozias et nepos Joas et ꝓnepos amasias tolluntur a genealogia saluatoris.

Contendit iudeus probare ꝙ ihūs non est verus messias quia non est filius dauid siue de genere dauid.

q Uartum argumentum iudeorum ex euāgelio est in primo. c. Math: ponitur genealogia xp̄i quē asserunt xp̄iani esse verum messiam ex eadem arguitur ꝙ ipse non est messias in lege promissus: sic. Uerus messias debet eē filius dauid siue d̄ genere dauid sed ihesus nazarenus non est filius dauid d̄ genere eius. ergo ipse non est messias promissus. Maior est cōcessa ab oīb⁹ tam iudeis ꝙ̄ xp̄ianis. minor ꝓbaf quia si ihūs nazaren⁹ descenderet de dauid secundū carnē in eius genealogia poneretur. Cōstat aūt ꝙ nihil tale ibi est q꞉ in fine genealogie dicitur iacob aūt genuit Joseph virū marie de qua natus est xp̄s etc̄. Nūquid xp̄s est ex semine ioseph natus vt dicaf de genere dauid. sicut et ioseph. Et pꝫ ꝙ xp̄iani hoc non concedunt. ergo non habent ex predicta genealogia ꝙ ipse sit de genere dauid. Si forte dicat christianus ꝙ descendit per mariam que est de genere dauid hoc non habetur ex textu quia non ponitur ibi quis ei⁹ fuit pater vel mater. ergo nullo modo ihūs nazarenus dicendus est filius dauid et consequenter ipse non est messias. Respondetur fm̄ Hyero. in glo. ꝙ non est consuetudo scripturarum vt ordo mulierū in generationibus texetur. Et ideo non per mariam sed per Joseph inducitur cum de vna tribu Joseph et maria fuerunt: vnde et eam quasi ꝓximam cogebatur accipere. ne vna tribus se in aliam confunderet. vnde Numeri. xxxvi. omnes viri ducant vxores de tribu et cognatione sua et cuncte femine maritos de eadez tribu accipient vt hereditas permaneat in familijs. Sz cōtra hoc Exod. vi. accepit aarō sororē naazon filiā aminadab. s. elizabeth in vxorē de qua cōstat ꝙ erat de tribu iuda

Solutio sola illa mulier nubere non potuit viro de alia tribu ad quã deueniebat hereditas pris vel parẽtũ. Vñ cũ ipsi elizabeth nõ deueniret hereditas prĩs qꝛ hẽbat fratres priores se. ideo bene potuit nubere viro de alia tribu. sed qꝛ maria nõ habuit fratres vel sorores priores se qꝛ fuit vnica ioachim prĩ suo ideo ad eã deuenit hereditas. Unde habuit necesse ẽm legẽ nubere viro de cognatione sua. et qꝛ ioseph fuit de tribu iuda et ꝯ ꝓgenie dauid vt patet in genealogia ascendendo: Sequitur ergo ꝙ virgo maria de q̃ natus est ihũs qui vocaꝛ xp̃s fuit de eadeꝫ tribu et progenie. Sed qꝛ ex rege dauid duo pullularũt rami tanꝗ̃ ex radice. s. Salomõ et natban. Est dubium inter doctos a quo illorũ virgo maria descẽdat ẽm carnẽ. et sũt nõnulli doctores dicẽtes ꝙ hec virgo descẽdit ex rege salomone ẽm carnẽ. et ex natã secũdũ legẽ cuius opinionis est Nicolaus de lyra. Luce. iij. Sed hec opinio videꝛ ẽẽ prio cõtra prophetas. Nã hieremias ꝓpheta loquẽs de yechonia per quẽ venit linea a salomonis: ait. scribe virũ istũ sterilẽ qui in diebus suis non prosperabiꝛ nec erit de semine eius vir qui sedeat super soliũ dauid. et ptãtẽ habeat vltra in iuda. hiere. xxij. Si ergo hec virgo descendit per salomonẽ et yechoniam vt dicit illa opinio. seq̃tur ꝙ xp̃s filius virginis non sedit super soliũ dauid. et super regnũ eius. Contra ꝓphetã in ca. sequẽti. Et ysaie. ix. c. nec valet dicere ꝙ ꝓpheta intelligit non erit qui sedeat seculari honore. xp̃us autẽ nõ sic sederat. qꝛ supra ca. eodẽ dicat do minꝰ ꝑ ꝓphetã. Uiuo ego qꝛ si fuerit yechonias filius Joachim regis iuda anulus in manu dextera mea inde euellã eũ et loquiꝛ de ipso et de semine suo. Vñ patet ꝙ nõ solũ loquitur de temporali ptãte sed etiã de illa qua xp̃s sedere habuit ad dexterã patris. Itẽ non est verisimile qꝛ deus tã cõfusibiliter repelleret eũ et semẽ suũ ab honore tẽporali et a minori gradu et cõsequenter constitueret ipsum in semie suo i maiori graduꝰ. s. xp̃i. Secũdo hec opinio videꝛ ẽẽ contra apostolũ qꝛ nathã frater salomõis regis nõ fuit filius naturalis regis dauid sed adoptiuus Luce. iij. Cũ ergo ab illo nathã descendat hec virgo ẽm carnẽ vt notat affricanꝰ scribẽs ad aristidẽ et Eusebius libro primo ecclesiastice hystorie. c. vij. et damascenꝰ in sentẽtijs suis. li. iiij. c. vi. Sequiꝛ ꝙ xp̃s nõ est ex semine dauid ẽm carnẽ contra apostolũ. i. ca. ad romanos. qui factus est ei ex semine dauid ẽm carnẽ. Respõdendũ ergo ẽm illuminatũ doctorẽ magistrũ iohãnẽ vitalis in sermone natiuitatis btẽ virgis qui incipit. O pulcherrima inter mulieres ꝙ hec sacra virgo venit ex nathã ẽm carnẽ qui fuit filiꝰ naturalis dauid. non quidẽ de bersabee vt illi estimãt sed de principali vxore dauid. s. michol: hinomia egla dicta filia saulis que genuit dauid yetruã hinomiũ qꝛ et nathan de hoc. ij. Reg. iij. cũ notatis per Josephũ libro antiquitatis iudaice et per dictũ Nicolaum de lyra qꝛ nathan fuit melior salomone natura et vita qꝛ de pricipali vxore et vt opinatur ꝑdictꝰ doctor renũciauit iuri regni ratione eximie sanctitatis. ex quo nathã filio dauid. xxxviij. pullularunt plãte vsqꝫ ad auos sancti Joachim patris virgis. Nã Mathan frater aui eius. qui et melchi dictus ẽ genuit heli qui ioseph ẽm legẽ. Luce. iij. et hic habuit fratrẽ panterã qui genuit barpãterã qui sanctũ Joachiꝫ ẽm carnẽ teste damasceno vbi supra. et sic sanctꝰ Joachim pater huius virgis et sanctus Joseph sponsus eius fuerunt ẽm legẽ secundi primorum filij et sic patet genealogia non solum ioseph ex progenie dauid sed etiam virginis gloriose per nathan ex principali vxore dauid scꝫ michol.

Contendit iudeus probare ꝙ ihesus nõ est verus messias quia fuit peccator ex hoc ꝙ fuit baptizatus.

Quintum argumentum iudeorum ex euangelio est ad probãdum ꝙ christus habuit peccatum: vel ꝙ eius baptismus fuit frustra arguit iudeus sic In euangelio Mathei. iij. capitulo dicitur: ꝙ venit ihesus a galilea in iordanem ad Johannem vt baptizaretur ab eo. ex hoc arguitur sic. Christiani dicunt ꝙ baptismus ẽ ablutõ peccatorũ. cũ ergo ihs nazarenꝰ fuit baptizatꝰ ergo hũit peccata abluẽda quod ipi negãt. aut ille baptismꝰ fuit frustra. videꝛ ꝙ baptismꝰ xp̃i ẽ ablutio peccatorũ. nõ autẽ baptismꝰ Johãnis sicut ipse Johãnes dicit

Math. iij. Ego quidē baptizo vos in aqua in pniam qui autē post me ventur⁹ est forti/or me est cuius nō sum dignus portare cal/ciamēta. ipse vos baptizabit in spūsancto: Ihs autē nazarenus fuit baptizatus baptis mo. Johānis tm̄. qui nō erat ablutio pecca torū. et ideo nō cōclusit argumentū ꝙ ihūs habuerit peccatū abluendi quia sanctificati in vtero baptizati sunt baptismo xp̄i et tam̄ nō habēt peccatū abluēdū. Ihūs autē ab in stanti cōceptionis sue nō solū fuit sanctifica tus sed etiā sanct⁹ sanctorū. Quod autē ar/guitur vltra ꝙ ihūs nazarenus fuit baptiza tus frustra. Dicendū ꝙ nō sequitur quia per hoc approbauit baptismū et predicationē; Johannis. et per tactū sue sanctissime carnis dedit vim regeneratiuā aquis nec similiter sanctificati in vtero frustra baptizantur qꝛ p hoc regenerantur in xp̄o et mēbra ei⁹ efficiūt Et quia scripture noui testamēti et doctoru; catholicorum loquentes de baptismo sunt note fidelibus et a iudeis recipiuntur. Jđo accipiuntur aliqua cōtra iudeos de veteri te stamēto et de dictis doctorū hebraicorū. et pmittitur figura huius sacramti Exo. xxix. in baptismo aaron et filiorum eius. Vñ di/xit dominus moysi aaron et filios eius ap/plicabis ad ostiū tabernaculi testimonij. s. i atrio vbi erat altare holocausti. Cūq; laue/ris patrem cū filijs aqua induces etc. ista lo tio aque que erat primū vt dicit rabi salomō nō intelligitur de ablutione manuū et pedū solū. sed de lotiōe toti⁹ corpis ita ꝙ dicit hic expresse rabi salomō. ꝙ hoc ꝙ dicit lauabis eos vult dicere baptisabis eos sic ꝙ totum corpus intret in aquam. Itē secūdo super il lud Ecclesiastes. i. Quid est quod fuit id quod futurū est Rabi barachias dicit sicut fuit redēptor primus sic erit vltimus. Redē ptor primus sc; moyses fecit ascendere pu/teū sicut habetur numeri. xxi. Sic redēptor vl tim⁹ q̄ est rex messias ascendere faciat aquas sicut habet Johelis vltimo. et fons d̄ domo dei egredietur et irrigabit torrētē spinarum. Hec sūt verba doctoris p torrētē spinarū itel ligitur multitudo peccantiū. Aliqui hebrei dicūt ꝙ hec est lr̄a et irrigabit planiciē sethi; Est autē sethim regio grecie de qua alexan/der magnus exiuit ad pugnādū cōtra reges psarū et medorū vt habetur primo macha/beorū primo. c. et ſm hoc ista ꝓphetia fuit i pleta qñ apostoli p̄dicauerunt grecis et eos baptizauerunt. Itē tercio. Isa. xliiij. noli ti/mere serue meus Jacob et rectissime quem elegi. Effundam eni aquas super sitientem et fluēta super aridā. Effundā spiritū meum sup semē tuū et bñdictionē meā super stirpē tuā et germinabūt inter herbas sicut salices iuxta preterfluentes aquas. Iste dicet domi ego sum et ille vocabit in noie Jacob. et hic scribet manu sua domino et ī noie dei israel assimilabitur. Per hoc eni ꝙ dicit. effunda; aquas super sitiētem intelligitur baptizatio iudeorum fidem xp̄i deuote recipientiū. Et p hoc ꝙ subdit et fluenta super aridam in/telligitur baptisatio gentiliū. Nam gentili/tas non fuit irrigata doctrina legis et ꝓphe tarū. et ꝙ iste sit intellectus habetur sup glo sa rabi salomon. super illud quod subditur. germinabunt inter herbas etc. id est in me/dio Esau. Per Esau vero ipse et doctores hebrei intelligunt romanum imperium qđ suscepit fidem xp̄i et baptismū vt patet. Se/quitur iste dicet domine ego sum glo. Isti erunt iusti perfecti. quod de apostolis coue/nienter potest intelligi. Et ille vocabit in no mine Jacob Glo. Isti sunt paruuli filij im piorum quod conuenienter intelligitur de fi lijs iudeorum per apostolum conuersis ad xp̄m patribus eorū in infidelitate remanen tibus. Hic scribet manu sua domino Glosa Hi sunt filij penitentie. per quod conuenien ter intelliguntur christiani religiosi. et in no mine israel assimilabitur glo. Isti sunt con/uersi de gentibus. illis applicatur nomen is/rael. ſm qđ dicit apostol⁹ ad romanos. ij. ñ qui in manifesto iudeus est. neq; que i ma nifesto in carne circumcisio. sed qui in abscō dito iudeus est et circumcisio cordis in spi/ritu non littera. cuius laus non ex homini/bus sed ex deo est. Patet igitur ex predictis ꝙ glosa rabi salomon conueniēter aptatur ad propositum nostrum ꝗuis hoc non intē derit. Deus enim aliquando mouet lin/guam hominis mali ad annunciandum ve ritatem preter eius intentionem: sicut Cay/phas. Johan. xi. dixit de christo. Expe/dit vobis vt vnus moriatur homo pro po/pulo. Intendebat enim solum inducere ali os ad occidendum christum. Sed quod ver bum significauit mortem eius pro futuram ad salutem spiritualem populi. Hoc fuit

preter eius intentionē. ꝓpter quod euāgelista subdit. Hoc autē non dixit a semetipso. sed supple a deo sic eius linguā mouente.
Habetur autem simile cptū ad aliquid. Numeri. xxij. de asina balaā que ꝓtulit vba rationabilia: vt patet ibidē deo mouēte linguā eius per se vel per angelū. Illa tamē nō intellexit verba que ꝓtulit cū nō haberet rationē nec intellectū. Itē quarto super illud Geñ. xlix. Ligans ad vineam pullū suū. et ad vitem o fili mi asinā suam dicit glosa. Hic est de quo scriptū est Zacharie. ix. Sedens sup asinā etc̄. Sequitur in glosa. Et quomodo erit agens: sicut scriptū est Ezech. xxxvi. Et effundā super vos aquā mūdam: et emūdabimini ab omnib⁹ inquinamētis vestris.
Auctoritas zacharie hic inducta ꝑm doctores hebreos intelligitur ad litterā de messia sicut ostensum est supra. et ꝑ glosam hebraicam hic inductā habet̄. ꝙ erat mūdatur⁹ populū suū ꝑ effusionē aque mūde que ꝓprie dicitur baptismus xp̄i. Unde in libro q̄ dicitur yoma hierosolimitanū auctētico apd̄ hebreos dicitur. Queadmodū pelag⁹ mundificat pollutos: ita de⁹ sanctus et benedictus erit mūdans in futuro israhel. et sic ē dicens Ezechielis. xxxvi. Aspergā super vos aquas mundas. hec ille. Itē sapiētes thalmuth in midras dixerūt. ꝙ in aduentu messie ipse assumeret sibi aquas mūdas d̄ sub sede sua. et ꝙ ipse super israhel effunderet ꝑ ut dixit textus. Effundā super vos aquam mundā. et sapientes tabala has aquas significauerunt. et dixit rabi aquiba. Quādo accesseritis ad lapides mūdos marmoreos nō dicas aquas aquas. Sunt eni aque temporales et aque sp̄uales. Itē ꝙ viderūt messiā filiū dauid itrare ꝑ synagogas et studia et interrogatus quid faceret r̄ndit. ꝙ balneabat iuxta textū Geñ. Lauit in vino vestimēta sua. quod significat lotionē in baptismo a sancto messia postmodū ordinato. Item quīto de baptismo et eius effectu dicitur zacharie. xiij. c. in illo die erit fōs patēs domui dauid: et habitātib⁹ iherusalē in ablutionē peccatorū et mēstruate. Per hoc ꝙ dicit erit de futuro: patet ꝙ nō pōt intelligi de ablutione aliqua veteris legis. Nā oēs ille erant statute longe ante tempus zacharie. Quod autem intelligatur de baptismo xp̄i patet ꝑ illud quod sequitur. Et erit in die illa dicit dominus exercituū. Disperdā noīa ydolorū de terra. Quod impletū fuit tempore xp̄i et discipulorū eius. ꝑ quorū p̄dicatōnē ydolatria cessauit per totū mūdū. exceptis quibusdā barbaris in aquilonari parte habitātibus qui lituati dicuntur. ꝙ illud viuū qd̄ eis primo occurrit qualibet die illud adorāt et venerantur vt deū suum pro illa die. Sed qm̄ hec modicū est respectiue: ideo quasi ꝓ nihilo reputatur ꝑm cōmunē modū loquendi. et etiā ꝑm doctrinā ph̄i. ij. phisicorū. Nec obstat ꝙ dicitur domui dauid et habitantib⁹ iherusalē. quia hieremie. xxx. christ⁹ nominat̄ nomine dauid vbi dicitur. seruiēt domino deo suo. et dauid regi suo quē suscitabo eis. Non eni intelligi pōt de dauid q̄ mortuus erat ꝑ. cccc. annos ante vel circiter. et ꝙ intelligatur de xp̄o patet per translationem chaldaicā que sic habet. et colent coram domino deo suo: et obedient Messie filio dauid. et sic per domū dauid hic intelligit̄ familia christi et eadē intentione ꝑ iherusalem militans ecclesia. Dicitur autem baptismus fons patens. quia nulli penitenti debite denegatur. et dicitur: i ablutione peccatorum et mēstruate ꝓpter peccatū actuale et originale quod contrahitur in vtero matris. vtrūꝙ eni lauat baptismus in adultis ad baptismū veniētibus. Unde dicit hic glosa chaldaica super verbo in ablutionē peccatorum et remittant̄ sua peccata et sue macule. Et idē dicit rabi salomon in sua glosa allegando chaldeū. Item sexto Isaie. in. c. xij. postꝙ locutus ē de saluatore dicens. Ecce deus saluator meus: fiducialiter agam et non timebo etc̄. consequenter dicit Haurietis aq̄s in gaudio de fontibus saluatoris. Et glosa uit chaldaicus. Et recipietis cū gaudio legē nouā electorum iustorum. Hebraica veritas habet. Accipietis aquam cū gaudio de fonte salu ationis. et idē est de fonte saluatōris vel saluatoris. Et ita impletur in hoc sacramento ꝙ habet virtutē remittēdi peccata ex fontib⁹ saluatoris. i. ex quinꝙ plagis xp̄i in passione sua. Et ad litterā de fonte saluatoris. i. de latere xp̄i exiuit sanguis et aqua et qui vidit testimoniū ꝑhibuit. et scim⁹ q̄a verū est testimoniū eius: vt patet Johānis xix. Item septimo Isa. lij. c. in fi. Ecce intelliget seruus meus et exaltabitur et eleuabit̄ et sublimis erit valde. Sequitur iste aspget

gentes multas. Hec scriptura intelligitur ad litterā de xpo. patet per translationē chaldaicā. cui nō licet contradicere iudeis que tal' est. Ecce psperabitur seruus meus Messias ppter quod antiqui hebrei ab isto loco vsq ad finē. liij. capituli exposuerūt ad litterā de passione xpi. Dicit ergo. ecce intelliget seruus me⁹. qr habet sciaȝ diuinā ab eterno: et humana ex tēpore. et exaltabitur. s. ad vnitatē suppositi diuini. vel aliter. Exaltabitur in sua resurrectione: et eleuabitur in sua ascensione: et sublimis erit valde sedens ad dexterā patris: Marci vltimo. Et dñs quidē ihūs postq̄ locutus est eis: assumptus est i celū et sedet ad dexterā dei. Uel aliter ƀm q̄ exponit rabi aquiba. Exaltabitur plus q̄ abraham: et eleuabitur pl⁹ q̄ moyses et sublimis erit plus q̄ āgeli. Ex quibus satis pt inferri q̄ messias debebat eē deus. Sequit ad ppositum. iste messias aspget gentes ml' tas. i. mūdabit sanguine suo et baptismate. que oīa manifeste sunt impleta in xpo. Itez octauo et vltimo dauid prophete fuit reuelatū signū cōpletiōis oīum pphetiarū sacramētis baptismi. vnde dicit in psalmo. xxviij. Uox dñi super aquas deus maiestatis itonuit. ac si diceret. clarius tūc sacramētū baptismi erit adipletū cū vox domini fuerit sup aquas et de⁹ maiestatis itonuerit. quod fuit adipletū in baptismo xpi. qr tūc vox patris itonuit dicens. hic est filius meus dilect⁹ etc. Math. iij. et ista fuit intonatio dei maiestatis ex predictis in solutione huius argumēti iudaici tria colliguntur. Primū q̄ lȝ xpus fuerit baptizatus: fuit tamē imūdus a peccato. Secūdū q̄ baptismus xpi nō fuit frustra licet ipse esset sine peccato. Terciū est q̄ istud sacramētū fuit in testamēto veteri figuratuȝ et multipliciter pphetatuȝ: ac p doctores et glosas hebreorū euidēter demōstratum.

Contendit iude⁹ pbare q̄ ihūs nō habuit spm̄ sanctum ante baptismum.

Sextū argumētum iudeorū sumitur ex euāgelio ex illo. Math. iij. baptizatus autē cōfestī ascēdit de aqua. et ecce apti sunt ei celi. et vidit spm̄ de venietē sicut colūbā et descendētē super se. Ex hoc arguunt iudei q̄ xps ante baptismū nō habuit spiritūsanctū cuius oppositū asserūt xpiani. qd autem istud sequatur ex textu patet. qr null⁹ venit vbi pri⁹ erat. Cū ergo dicat in textu. vidit spm̄ deuenientē super se ergo spūsanct⁹ non venit in ihū nazareno ante baptismuȝ. et tñ tūc erat incipiēs annū. xxx. sic ergo. xxx. ānis fuit sine spūsancto. qd incōueniēs magnū reputatur a xpianis. Respondetur q̄ n̄ sequit. vidit spiritūsanctū descendētem et venietē super se. ergo ante nō habuit spm̄ sanctū. qr. iiij. Reg. iij. dicitur de helizeo. cumq3 caneret psaltis facta est super eū manus dñi qd intelligitur de spū pphetādi. et tñ dicit ꝺ eo ante. ij. c. Requeuit spūs helye super helizeū. et qd subditur in arguēdo nullus venit vbi prius erat. dicēdū q̄ verū ē eo mō quo prius ibi erat. sed alio modo pōt venire: sicut dicitur Ge. xviij. vbi dicit. dixit domin⁹ ad abraā. Clamor sodomorū gomorreorū multiplicatus est. Sequitur descēdā et vidǒ vtrū clamorē qui venit ad me opere iplenerūt etc. nō est p hoc intelligēdū q̄ āte de⁹ nō esset in sodoma et gomorra: nec videret eorū facta cū de necessitate sit vbiq3 presens: sicut dicit Hiere. xxiij. celū et terrā ego ipleo dicit dñs. et oīa de necessitate vident ab eterno. dicitur ergo descēdisse et vidisse ppter nouū effectū quem fecit ibi. s. subuersione sodome et gomorre. Erat igitur ibi ante sicut conseruās in esse. sed descēdit ibi sicut puniens. et similiter tūc dicit vidisse. qr ƀm modū loquēdi scripture et etiā hominū de⁹ nō dicit videre peccata quādo dissimulat punire. nec per hoc iportatur aliqua mutatō in deo sed i creatura sic suo mō dicēdū ē in pposito. spiritussanctus fuit in ihū nazareno ab instanti cōceptionis sue per plenitudinē grē: sicut dicitur Job. i. vidim⁹ eū quasi vnigenitum a patre: plenū grā et veritatis. et hoc p̄dictū fuit Isa. xi. c. egredietur virga de radice yesse et flos de radice eius ascēdet. et requiescet super eū spūs dñi: spūs sapie et intellectus. spūs cōsilij et fortitudinis. spūs scie et pietatis. et replebit eū spūs timoris domini. Dicitur tamē venisse super eū in baptismo p alium modum. sȝ in signo visibili colūbe representātis in xpo plenitudinē gratie non tunc accepte. sed prius vt dictū est. tamē plenitudo gratie que latens erant in xpo fuit tunc manifesta Johāni baptiste inuisibili signo sicut ei dictum fuit a domino. Super quem videris spiritum descendentem et ma

nentem sup eū: hic est q̄ baptizat i spūsācto. et per predicationē Johānis alijs fuit dictū. Ideo subditur. ego vidi et testimonium ꝑhibui. quia hic est filius dei. Illi tamen q̄ erāt cū iohāne quando colūba descēdit sup ihesū viderūt cū eo: et vocē patris audierūt qꝛ colūba illa nō fuit ymaginaria sed vera et visibilis. et vox diuinitus formata et sensibilis. Fuit aūt tunc necessaria manifestatio plenitudis grē i xp̄o. Primo vt ꝓphia Isa. ꝑdicta ostenderet̄ ipleta. Secūdo qꝛ cito p⁹ baptismū erat predicatur⁹ et publicatur⁹ legē euāgelicā que est lex gratie. et per consequens actor eius ostēdi debuit plenus grē Ideo tūc audita est vox patris. Hic est fili⁹ meus dilectus in quo mihi cōplacuit tanꝙ in actore euangelij. et si dicat iudeus ꝙ tūc erit cōtradictio in verbis. s. ꝙ erat ibi spūssāctus. et non erat. veniebat: et nō veniebat. descēdebat et nō descendebat. Dicēdū est ꝙ n̄ sequitur qꝛ vera contradictio debet eē ad idē et ꝺm idē. et similiter in eodē tempore. Nunc autem vt declaratum est non similiter sed alio mō venit spūssanctus super ihesum i baptismo ꝙ erat prius in xp̄o.

Contendit iude⁹ ꝓbare ꝙ ihūs xp̄s non est verus deus quia esurit.

Septimū argumētū iudeorū ex euāgelio sumit̄ ex illo. qꝛ dicit̄ Math. iiij. ꝙ xp̄s ieiunauit. xl. diebus et. xl. noctibus. et postea esurijt. Arguunt ergo iudei sic. Cristiani dicunt ihūm nazarenū eē deuz. et que laus est deo ieiunare. quasi dicant nulla. quia deo nō cōpetit comedere vel ieiunare. propter quod videtur derisibile. et adhuc magis illud quod subditur. et postea esurijt et maxime cū moyses qui tantū homo fuit ieiunauit. xl. diebus et. xl. noctib⁹. et nō esurijt. Solutio istius argumenti patet ex hiis q̄ supra dicta sunt in isto. iij. libro consideratione. iiij. argumento. xxij. Ibi enim declaratū fuit ꝙ xp̄s in lege et prophetis promissus futurus erat verus homo et verus de⁹ in vna ꝑsona. Declaratū est etiā ꝙ ihūs nazarenus est verus xp̄s iudeis ꝓmissus supra libro. i. in apitione. xij. thesaurorū. et per conseqēs ipse est verus homo et verus deus. Itē declaratuꝫ fuit ibidē. et sepe alibi. ꝙ per passionē suam et mortem operaturus esset nostrā salutem, ꝓpter quod habuit corpus passibile et mortale ante resurrectiōem suam. et hoc mō ieiunauit et esurijt. et tandē afflictiōes et mortem sustinuit non in deitate sue. quia hoc est īpossibile. sed in humanitate pro nobis assūpta. et sic meruit nobis gratiam et gloriam. et sibi corporis glorificationē. Unde super illud. Gen̄. xxvi. Et introduxit eā Isaac: dicit rabi moysen hadersan. hic est rex messias quē elegit deus sanctus et benedictus: vt coleret eum toto corde. daretqꝫ cor suū ad petendū miserationes pro israel. et ad ieiunandū et humiliandū se pro eis: sicut scriptū est Isa. liij. Ipse vulneratus est ꝓpter iniquitates nostras: attritus est ꝓpter scelera nostra. disciplina pacis nr̄e super eū: et liuore eius sanati sumus. Per hanc traditionē dicti rabi moysen patet ꝙ. liij. c. Isa. loquitur de xp̄i passione pro generis humani salute. quod autē dicūt iudei de moyse. ꝙ post illud ieiuniuꝫ non esurijt. falsum est ꝙ postea nō comedisset. nec est simile de vtroqꝫ. nā manichei dicturi erant ꝙ ihūs non habuit carnē humanā ex elemētis cōpositā. sed celestē. ad quos repellendos euangelium mentionem facit de esurie xp̄i iudei vero hoc non erant dicturi de moyse. ꝓpter hoc non oportuit ꝙ scriptura faceret mentionem sic de eius esurie.

Contendit iudeus probare ꝙ ihūs xp̄s non est de⁹ quia non dixit dyabolo tēptanti i omni verbo quod procedit de ore meo.

Octauum argumentum iudeorū ex euāgelio sumitur ex illo quod dicit̄ in supradicto. c. Non in solo pane viuit homo sed in omni verbo quod ꝓcedit de ore dei. Asserunt iudei ꝙ ista responsio quā ihūs dedit dyabolo nō est rationabilis qꝛ debuisset dixisse sed in omni re que procedit de ore meo. Si enim ipse erat de⁹ potuit hominis vitam conseruare de omni re siue sit lignū siue lapis siue alia huiusmōi. Respondetur cum dicitur ꝙ debuisset dicere ihūs sꝫ in omni re q̄ ꝓcedit de ore meo. dico ꝙ non est verum. non enim sic debuit dicere quia iesus voluit celare dyabolo suā deitatem quā ille querebat experire per temptationem. propter quod non debuit dicere de ore meo qꝛ loquebatur vt homo celans suā diuinitatē.

Ité quia téptationé demonis excludebat p
scripturá sacrá. ideo debuit eam allegare si/
cut iacuit in textu in quo scribitur de ore dei
et eadé ratione non debuit dicere d omni re
sed in omni verbo. qz sic scribitur in textu. cú
hoc etiam pôt dici ꝙ non arguit qz verbum
frequenter accipitur in sacra scriptura p re fa
cta. ná. ij. Reg. i. c. dicitur quod est verbum
quod factú est. i. res gesta vel facta. et sic ac/
cipitur in proposito vt patet litterá intuenti
Deutro. viij. c.

Contendit iudeus probare ꝙ ihús xp̄s
nó est deus quia non misit se deorsum cum
esset in pinnaculo.

Onú argumétú iudeorum ex euan
gelio sumitur ex illo quod dicit. M.
ca. quo supra. Si filius dei es mitte
te deorsum et c̄. Sequitur aut illi ihús rursuz
Scriptú est nó temptabis dominú deú tuuz
Ex hoc arguunt iudei dicentes ꝙ hec respó
sio non est bona. Primo qz vt dicút iudei in
eo erat ptás faciendi miracula. et ideo si di/
misisset se deorsum sine lesione aliqua nó fu
isset ibi aliqua temptatio diuina. Secundo
quia sancti viri leguntur deum téptasse nec
ex hoc reprobantur in scriptura sed magis ꝯ
mendantur. sicut helyas. iij. Regú. xviij. c.
Qui dixit deus qui exaudierit per ignem ip
se sit deus. et helyseus. iiij. Regú. v. ca. dixit
de naaman leproso veniat ad me et sciat p/
phetam esse in israel. Similiter d gedeó Ju
dicú. vi. temptauit deú querens signú in vel
lere. Ité deus nó inducit homines ad malú
inducit auté ad suipsius temptationé mala
chie. iij. c. Inferte omné decimá in horreum
meú vt sit cibus in domo mea et probate me
Super hoc dicit dominus. si nó aperuero ca
tharactas celi et effudero vobis benedictio/
nem meam vsqz ad habúdátiá. Responde
tur cú dicunt iudei. Primo ꝙ ista responsio
non est bona non temptabis dominum de/
um tuum. Dico ꝙ in hoc iudei percutiunt se
ipsos arguentes dictum moysi deutro. vi. c.
Quod autem vlterius nititur ostendere té/
ptationem dei non esse peccatum manifeste
dicunt contra deum arguétem maliciam po
puli israel Numeri. xiiij. c. téptauerút me iá
per. x. vices. Ité psal. lxxxxiij. Nolite obdu
rare corda vestra sicut in exacerbatione secú
dú dié téptationis in deserto vbi téptauerút
me patres vestri probauerunt et viderunt o/
pera mea. ad illud autem qd inducunt d vi
ris sanctis deú temptátib⁹ vt dicunt. Scien
dum est ꝙ temptare est experimentum de ali
quo accipere. nullus autem querit experiri il
lud de quo certus est sed illud de quo dubi/
Decimum Impossibile est circa sacramentum corporis et sanguinis xpi. Dicunt enim iudei. Vos xpani dicitis in illo sacramento esse realiter corpus et sanguine xpi hoc est impossibile. qz cu dixit vester xps demonstrato pane. hoc est corpus meum. significatiue locutus est et non realiter. ac si diceret. hoc est signum vel figura corpis mei sm que modu paulus dixit. i. Corinth. x. Petra autem erat christus. i. christi figura et patet clarissime q ista fuerat intetio christi vestri. quia cu de sui corporis comestione et sanguinis potatione loqueretur vt discipulorum scandalum quod abortum fuerat sopiretur quasi seipsum exponens dicit. verba que locutus sum vobis spiritus et vita sunt. quasi ea que dixerat non ad litteram sed sm spualem sensum intelligenda essent. Et cum christus dixit hoc est corpus meum tenens panem in manibus intellexit q ille panis erat corpus suum in potentia propinqua. s. postq comedisset illud quia tunc conuerteretur in corpus suum siue in carnem suam et similiter de vino. Et isto modo nos iudei facimus illa die azimorum quia accipimus panem azimum in memoriam illius tpis qn educti sunt patres nostri de terra egypti et no sunt pmissi ibide remanere p tantu

tempus q possit panis fermentari qui pa-
scatus erat et dicimus iste est panis quem co
mederunt patres nostri. lz ille panis pñs nõ
sit cũ fuerit pterit⁹ et sicut iste panis azimus
rememorat panẽ egypti et iste panis nõ ẽ il-
le sic iste panis de quo fit istud sacrificium ĩ
altari. Dicere sufficeret xpianis q esset ĩ me-
moriam illius panis xpi licet iste panis nõ
sit ille. Et quõ est impossibile q seruaretur
vnũ frustrum carnis ad sui memoriã. Man
dauit q fieret ille pãis et istud vinũ qui erat
caro sua et sanguis ĩ potentia ppinqua ad
exeũdum in actu sicut nos iudei facimus in
pascbate de azimo pane sicut dictum est. cuz
ergo xps vester in mẽsa accepit panẽ et cali-
cẽ et dedit discipulis sui. non mandauit eis
credere panẽ et vinum in corpus et sanguiez
suũ trãsmutari. Sed q quotienscũqz hoc fa
cerent in memoriã suã facerẽt. s. in memoriã
illius panis pteriti. et si sic vos xpiani intel-
ligeretis nullũ sequeretur ĩpossibile. Sed di
cere oppositũ sicut asseritis dicitis rem ĩpos
sibilẽ et cõtra mentẽ xpi vestri vt patuit. Rñ
det q traditio ecclesie catbolice de hoc sacra
mento vera est. s. q in hoc sacramẽto est rea-
liter et non significatiue verũ corpus et ver⁹
sanguis xpi sicut declaratũ fuit supra. xxiiij
argumento considerationis quarte huius ter
cij. Sed qz argumẽtũ iudei videt̃ fũdari sup
verbo dñi dicẽtis ad discipulos suos qui de
bac doctrina scandalizari videbãtur. verba
q̃ ego locut⁹ sum vobis spũs et vita sunt. di
co q p hoc non dedit intelligere. q vera ca-
ro sua in hoc sacramẽto mãducanda nõ tra
deret̃ sicut putat iudeus. Sed qz non tradit̃
mãducãda carnaliter. vt. s. sicut alij cibi car-
nales ĩ ppria specie dilacerata sumeret̃. sz qz
quodã spũali mõ sumitur pter cõsuetudinẽ
aliorũ ciborũ carnaliũ verba sunt sancti tho
me in summa ptra gentiles. c. lxviij. Item a
lij heretici similes iudeis pdictis voluerunt
dicere q ista locutio. hoc est corpus meũ: fu
it figuratiua. sicut illa Jobis. xv: Ego sũ vi
tis vera. sed istud ẽ oĩno ptra intẽtõnẽ salua
toris: qz vt ait aug. in libro. lxxxiij. questiõz:
qstione. lxvij. solet circũstãtia scripturarum
illuminare scripturam. Nã ex pcedentib⁹ vel
ex sequẽtib⁹ pot colligi an loquatur figurati
ue an non. Unde cũ xps dicit ego sũ vitis ve
ra statim subiũxit et vos palmites. Sed con
stat q discipuli nõ erãt palmites naturales
sed tm̃ figuraliter. igitur loquebat̃ figuratiẽ.
Sed cũ dicit Luce. xxi. hoc est corp⁹ meũ: sta
tim subiũxit quod p vobis tradetur. Sz ista
traditio nõ erat figuratiua sed realis et vera
igitur realiter et vere dictũ est. hoc est corpus
meũ. Ad illud autem quod iudeus allegat
de pane suo azimo etc. et q sic sufficeret xpi
anis q facerent in memoriã xpi sui. Respõ
det magr̃ Johães cõuers⁹ in libro de cocor
dia legũ. ti. iij. c. iiij. dicens. Respõdebo tibi
iuxta illud Prouer. xxvi. c. vbi de stulto iuxta
stulticiam suam ne sibi sapiens videatur.
Scias q si xpiani ponerent dubia in mira-
culis factis in lege sancti messie. sicut faciunt
sapientes iudeorum in miraculis factis ĩ le
ge sua glosantes per nomia equiuoca et fal
se vt extorqueant sensum textus legis. bene
possent glosare xpiani subtilius et meli⁹.
Sed scias q oẽs xpiani sapientes et cõitas
simpliciũ credũt vniformiter miracula sue le
gis vt est rei veritas: et vt credit sancta mater
ecclia. et credũt in hoc mereri gloriã parady
si. iuxta illud Geñ. xv: Credidit abrahã deo
et reputatũ est ei ad iusticiã. Nam in hoc q
credunt simpliciter nihil hesitantes reputat̃
eis ad iusticiam. Sequitur. quilibet de lege
credere tenetur dicta prophete licet intelligat
non fieri posse naturali cursu. quia anima p
phete melius intelligit q anima alterius sa
pientis. et potius attingit et speculatur spũa
lia que sunt subtiliora naturalibus. et si sic ẽ
in alijs prophetis quorum anime intelligũt
singulariter et limitate quãtomagis credere
debemus miracula ihũ xpi qui intelligit in
finite omnia et pñtia et preterita et fu tura q̃
est vere et perfectus deus et perfectus homo
et sic credendo xpiani viuunt cum honore et
sperant cum deo gloriari perpetuo. hec ille.
Nõ est ergo simile de memoria panis azimi
iudeorum ad panem azimum liberationis
egypti. et de memoria huius altissimi sacra-
menti respectu passionis xpi. quia in illo pa
ne quem iudei manducant nullum est mira
culum. In hoc vero sacramento miraculose
virtute verborum verum corpus et sanguis
christi inuisibiliter cõtinetur sicut firmiter cre
dimus et fideliter confitemur.

Impossibile est q corpus xpi sit in sacramēto altaris per miraculū cū ad oculum nō apparet.

Ndecimū Impossibile ē. Uos xpiani dicitis in sacramēto altaris esse corpus et sanguinē xpi p miraculū hoc pbo esse ipossibile qr si esset miraculū ad oculuz appareret sicut quando moyses cōuertit virgā in serpētē. qr illud factū fuit euidenter ad oculū lz nescirent homines qualiter factum fuerit. Sic etiā de archa testamenti oli fuerūt maxima miracula nō solū sensibilia sed etiā publica et toti populo patentia fiebant itātū q de taliū miraculorum fama infideles terrebātur videntes ad oculū diuinā potentiā in reuerentiā arche sui federis relucentez sicut patet in diuisione aquarū iordanis populo israelitico p aridā trāseunte. et aqua ex vna pte intumescēte ad instar mōtis et ex altera vsqz ad mare mortuū fluente. donec sacerdotes cū archa alueū iordanis exiuerunt quo facto iordanis rediit in cursum suū. Reges vero amorreorū et chananeorū audientes tāmagnū et publicū miraculū terrore diuita confusi fuerant q non remansit in eis spiritus que historia plene habetur Josue. iij. et. iiij. c. et sic de pluribꝰ alijs miraculis euidētissimis q causa breuitatis obmitto enarrare. et tamen in illa archa nec continebatur deus realiter nec xps sed solū tabule lapidee pcepta decalogi continentes et vrna manne quā deus pceperat reseruari in testimonium generatōnibꝰ futuris vt hētur Exo. xvi. Similiter et virga aaron que floruit i domo leui vt habetur Nume. xvij. Si ergo per archā pdicta corpora inanimata tātūmodo portātem quātūcūqz sacra essent deus tam euidētia miracula et tādiuulgata et publica fecit i ipsius reuerentiā. multo ergo fortiꝰ facere debuisset si verū esset q in vestro sacramēto altaris verꝰ deus seu xps realiter contineretur qui sup oia in ifinitū assentis q ē colendus et venerādus. Cū ergo nihil tale ibidem ad oculū appareat. Sequitur q ipossibile ē ibi miraculū eē cū hoc sit cōtra rōem miraculi. Ad istud iudaicū ipossibile rūdet magr paulus burgeñ eps in suo dyalogo distinctiōe iij. c. v. dicēs q ad obstruēdū os loquentiū iniqua considerare debemus q miracula diuina que cōtra cursum nature a deo instituta diuina virtute fiūt se habēt qntū ad eorū proximos fines in duplici differentia. Quedaz eorū sunt a deo ordinata ad fidei approbationē sicut de primis signis seu miraculis q deꝰ fecit p moysen corā populo facta sunt ad fidē in eis causandā seu ad pbandā. Unde Exo. iiij. cū dixisset et fecit signa. s. predicta corā populo sequitur statim credidit populus. Similiter ex diuisione maris rubri et de egyptiorum submersione visa per populum israeliticum secutum est q credidit populus domino et moysi seruo eius. c. xiiij. et sic de qplurimis veteris testamenti miraculis q a deo fuerunt ordinata vt fides eius in cordibus populi causaretur seu confirmaretur. Que quidez miracula oportuit esse manifesta communiter toti populo. vnde Deutero. vlti. commendatur moyses in signis et portantis qui diuina auctoritate fecit coraz vniuerso israel. Quedam vero sunt diuina miracula que non ad fidem causandaz seu corroborandam a deo facta sunt. sed potius vt credendo talia miracula que occulta sunt et omnino abscondita fideles mereantur. vnō et huiusmodi miracula non disposuit deus manifesta eē per sensum seu per naturalem cognitionem sed occultat vt eorum fides meritoria eēt. Que quidē miracula. s. occulta et abscōdita pcipue fuerūt i nouo testamēto. i cuius tpe fides credētiū cōiter validior fuit vt ē miraculū virginei ptus et dñice resurrectionis. Que quidē miracula per fidem solu proprie cognoscuntur et eorum occultatō a quacunqz nostra cognitione naturali nostru meritum efficit vel auget. Unde de resurrectione domini legitur Johannis. xx. capi. Beati qui non viderunt et crediderunt. Et de isto modo miraculorum scilicet occultorum tenendum est esse sacramentum altaris non enim hoc sacramentum fuit institutum ad hoc vt sacramento viso populus crederet sed vt credendo veritatem huius sacramenti merito proficeret. Unde Augusti. de hoc sacramento dicit. Crede et manducasti Et idō quanta miracula in hoc sacramento contenta. que maxima sunt occultiora sunt et nec ab intus vel ab extra visibiliter circa ipsum sacramentum vlla miracula apparent

tm̄ in nobis auget meritū. Unde nullū icō-
ueniens sequitur nec admiratione dignum
et hoc ꝙ publica seu visibilia miracula non
fiunt communiter circa hoc sacramētū. sicut oli
cōsueuerūt fieri circa archam testamenti dei
ꝑut allegat iudeus qꝛ ibi miracula ordina-
bantur ad fideliū fidē cōfirmandā seu cau-
sandam vt dictum est. et quandoqꝫ ad incu-
tiendū infidelibus terrorem. Hic autem que
runtur miracula ad meritū credentiū augen-
dū quod quidē meritū euacuaretur vel sal
tem' diminueretur si talia signa visibilia ap
parerent. hec ille. Sanctus thomas vero di-
cit in summa cōtra gentiles libro. iiij. c. lxiij.
ꝙ rō pōt assignari quare corpus xp̄i occul-
tatur accidentibus in sacramento ꝙtū ad fi-
dem que est de inuisibilibus et eius meritū
qd̄ circa hoc sacramētū tātomaius est quā-
to inuisibili' agitur corpore xp̄i sub panis ac
cidētibus occultato et ꝓpter cōmodiorem et
honestiorem vsum huius sacramēti. esset ei
horrori sumentibus et abbominationi vidē
tibus. s. si corpus xp̄i in sua specie a fidelib'
sumeretur. vnde sub specie panis et vini qui
bus cōmunius vtūtur homines ad esum et
potum corpus xp̄i proponitur manducan-
dum et sanguis potandus. nec etiam est ne-
gādū quin aliqñ in sacramēto altaris appa
reat forma pueri. vel caro vel sanguis q̄ sunt
signa visibilia. sicut in nōnullis hystorialib'
antiquis libris legitur. Sed talia non dicūt
facta fuisse sic cōiter et publice sicut miracu-
la allegata et miracula que fecit xp̄s tempo
re quo ꝑdicabat et miracula que fecerūt apo
stoli et alij sancti in primitiua ecclesia. Et iō
talia miracula que sic aliquando accidūt cir
ca sacramentum non videntur apud ecclesiā
vniuersalem solennizari. sed forte priuatim i
aliquibus particularibus ecclesijs. quia nō
fiunt nisi raro quo ad certas personas qui-
bus de' qui vniuersas mentiū cognitiones
intelligit singulari modo singulis ꝓuidet se
cūdū dictamē diuine sapientie. a quibus ñ
est trahenda consequentia in vniuersali. Vñ
dicit magister iohannes conuersus in libro
de concordia legum. ti. iij. c. iiij. sepe diuina
gratia apparuit ad oculū multorum homi
num et mulierum quoniam respiciendo in il
lam hostiam consecratam. alique persone vi
derunt oculariter vnum puerulum pulcerri-
mum vltra modum. et auus meus qui erat
valde litteratus in lege dixit mihi. ꝙ in do-
mo fratrum minorum in valle oleti cum re-
spiceret a casu illam hostiam consecratam vi
dit vt predicitur illum puerum pulcerrimum
vltra modum. et hoc fuit illis tempoꝛib' pu
blicatum nimium et famosum. et idem ac-
cidit vxori mee et interrogauit alias mulie-
res si hoc videbant Responderunt non: et
prona cecidit in terra viribus destituta prout
legitur de manue Judi. xiij. cap. Morte mo
riemur quia vidimus dominum. et est quasi
simile de sole qui licet luceat super mundū
debilitat tamen visum. hec ille. Ut commu-
niter igitur in hoc admirabili sacramento ñ
videtur miraculum. sed vt dicit beatus Gre.
in omelia paschali. Aliud est quod cernitur
et aliud quod creditur. illud quod cernitur ē
species panis in hostia et species vini in ca-
lice. Sed id quod creditur est veritas carnis
et sanguinis christi. Jtem isti iudei incidunt
in errorem illorum qui nihil credunt nisi qd̄
vident. Si ergo non fuisti rome non credas
quod est in mundo roma. et si non vidisti ce
te non credas ꝙ in mari est talis piscis ma-
gnus. et si nescis loqui grece non credas ꝙ
est in mundo grecia. et si non vidisti embrio
nem in ventre matris quousqꝫ natus fuit ñ
credas ꝙ fuit in ventre matris. Et quia tu
non vidisti animam intrantem nec exeuntē
in corpore humano non credas ꝙ homo ha
beat animam. Nunꝙ vidisti aerem non cre
das esse aerem. Nunꝙ vidisti vocem ergo
non credas ꝙ est vox. que omnia quante nō
dico solum erroris sed ꝙ magne fatuitatis
sunt manifestum est. licet ergo non videam'
ad oculum verum corpus christi sed accidē-
tia illa sub quibus latet non debemus ne-
gare ibi veraciter esse presertim miraculose vt
dictum est.

Jmpossibile est ꝙ corpus christi inci
piat esse in altari qꝛ nec ꝑ per motū localem
nec per conuersationem alterius in ipsum.

Duodecimum Jmpossibile est:
Uos xp̄iani assentitis ꝙ verū cor
p' xp̄i esse incipiat in altari hoc vi

detur impossibile quia aliquid incipit esse
vbi pri9 nō fuit dupl'r vel ꝑ motū localem vel
per conuersionem alterius in ip̄m. vt patet
in igne q̄ alicubi esse incipit vel quia ibi de
nouo accendit vel quia ibi de nouo appor/
tatur. Manifestum est autem verum cor/
pus xp̄i non semꝑ in hoc altari fuisse quia
vos xp̄iani asseritis xp̄m in suo corpore a/
scendisse in celum. videtur etiā impossibile
dici. quod aliquid hic de nouo conuertatur
in corpus xp̄i. quia nihil videtur conuerti in
p̄existens. cum id in quod aliud conuertitur
ꝑ hmōi conuersionem esse incipiat. Mani/
festum est aūt corpus xp̄i p̄extitisse vtputa
in vtero marie conceptum. non igitur videt̄
esse possibile quod in altari de nouo esse in/
cipiat ꝑ conuersionem alterius in ip̄m. simi
liter nec ꝑ mutatiōem loci. quia omne quod
localiter mouetur sic incipit eē in vno loco
ꝙ desinit esse in alio in quo prius fuit. opor
tebat ergo dicere ꝙ cū xp̄s incipit esse i hoc
altari in quo sacramentū ꝑagitur desinat eē
in celo quo ascendendo ꝑuenerat. Amplius
nullus motus localis terminatur simul ad
duo loca. Manifestū est autē hoc sacramen/
tum simul in diuersis altaribus celebrari.
ergo impossibile est ꝙ per motū localē cor/
pus xp̄i ibi esse incipiat. Respondet sanctus
Thomas in summa cōtra gentiles libro. iiij
ca. lxiij. dicens ꝙ licet diuina virtus sublimi
us et secretius in hoc sacramento operet̄ ꝙ̄
ab homine perquiri possit. ne tamen doctri/
na eccl'ie circa hoc sacramētū ab īfidelib9 im
possibilis videat̄ conādū est ad hoc vt omis
īpossibilitas excludat̄. Cōsiderare ergo opꝫ
ꝑ quē modū verū xp̄i corp9 eē sub hoc sacra
mēto īcipiat. Impossibile ē aūt ꝙ hoc fiat
ꝑ motū localē corꝑis xp̄i. tū q2 sequeret̄ ꝙ i
celo eē desineret qn̄cūqꝫ agit̄ hoc sacramētū
tū q2 nō posset simul hoc sacramētū agi nisi
in vno loco cū vn9 motus localis nō nisi ad
vnū terminū terminatur. tum etiam q2 mot9
localis instantaneus eē nō p̄ōt sed tēꝑe indi
get. cōsecratio aūt perficitur in vltimo instā
ti ꝓlatōis verborū. Relinq̄t̄ ergo dicēdū ꝙ
verū corp9 xp̄i eē īcipiat in hoc sacramento.
ꝑ hoc ꝙ substātia panis cōuertit̄ ī substātiā
corꝑis xp̄i. et substātia vini ī substātiā san/
guinis ei9. lꝫ hoc sit bn̄dictuꝫ et ꝑ hoc possit
satisfieri iudeo et cuilibet infideli nō ꝓterue/
nienti. Aliter tn̄ ꝓpter instātias q̄ fieri possit
motu locali dicēdū est f̄m scotū in. iiij. dist.
iiij. q. i. et sequitur eū franciscus de maronis
in suo. iiij. distin. iiij. q. i. ꝙ necessario est ibi
aliqua mutatio localis q2 impossibile est ꝙ
fiat transitus de cōtradictorio ī cōtradictori
um sine aliqua mutatione facta in aliquo
extremorū. sed hic corp9 xp̄i transit de nō pre
sente ad eē pn̄s ergo necessario est ibi aliqua
mutatio. dicūt ergo isti doctores ꝙ ibi ē ali
qua mutatō qua corp9 xp̄i accipit respectum
presentialitatis ad locū hostie facta transub
statiatione. Ad cuius euidētiā notat doctor
subtilis ibidē ꝙ qn̄ corp9 mouet̄ localiter et
expellit aliud sunt quatuor mutatōnes et oc
to termini. et illarū mutationū due sunt deꝑ
ditiue. et due acq̄sitiue. sicut cū nauis moue
tur de loco ad locū aliquod corp9 expellit et
illud expulsum habet quatuor terminos. q2
amittit vnū vbi et priuationē eius acquirit.
et a priuatione alterius vadit ad ipsum. Sꝫ
si corp9 moueret̄ de loco et aliud nō expelle/
ret essent in eo due mutationes et quattuor
termini. vn̄ eēt ibi vna deꝑditiua prioris vbi
et alia acq̄sitiua noui vbi. sicut quādo aqua
frigida fit calida. et de frigido fit nō frigiduꝫ
et de nō calido fit calidū. Sed si corp9 n̄ mo/
tum de loco suo acquireret nouū vbi et respe
ctū extrinsecū aduenientem ad aliud corpus
tunc esset in eo vna mutatō acquisitiua a pri
uatione illius vbi ad habitationem. et talis
mutatio est in corꝑe xp̄i d̄ nouo hic exn̄te ne
cessario. q2 sicut dictū est impossibile est fieri
transitū de contradictorio ad contradictori/
um sine aliqua mutatione. Et nota ꝙ sim/
plex presentia corporis christi proprie non ē
vbi cum non sit hic localiter. sed sacramenta
liter: sed reducetur ad genus vbi. Tunc ad
propositum corpus christi in celo habet pri/
uationem istius vbi in altari. Et ita non est
ibi mutatio deꝑditiua sed acq̄sitiua. q2 solū
est acquisitio presentialitatis quam non ha
bebat. Sic ergo christus sine deperditione
vbi prioris in celo acquirit nouum vbi in al
tari. Resoluendo ergo hanc materiam dico
ꝙ motus siue motio localis est duplex. que
dam deperditiua et quedam acquisitiua.
sicut quando quis mouetur de vno loco
ad alium aliquid deperditur et aliquid ac/
quirit̄. talis. n. primo ordine nature moue/

tur ab habitu in priuationem. puta ab vbi
qd̄ pri⁹ hēbat ad vbi qd̄ prius non habebat
et hec mutatio dicitur deperditiua termini a
quo et dicitur acquisitiua termini ad quem.
Nūc autē hec due mutationes licet cōcurrāt
simul in omni motu locali cōtinuo tamē di/
stincte sunt et vna pōt absolui ab alia sicut ac
quisitiua a deꝑditiua. sic ꝙ aliquid acquirat
nouū locū nō dimittēdo priorē. et sic est in ꝓ
posito. q2 sicut dictū ē corpus xpī absq3 hoc
ꝙ dimittat ꝓpriū vbi qd̄ habet in celo acq̄/
rit nouū vbi in sacramēto. Et ideo est hic mu
tatio localis nō deperditiua sed acquisitiua.
et sic pt3 responsio ad primū pūctū de motu
locali. q2 corpus xpī incipit ibi eē ꝑ motum
siue per mutationem localem non deperditi
uā sed acquisitiuam. et sic nō opꝫt ꝙ dimit
tat primū vbi cū acquirit secundum. Nec eti
am est censendū ꝙ cū corpus xpī incipit esse
in altari ꝙ accipiat eē simpliciter sed accipit
eē sacramentale quod eē ᵽm ꝓdictos docto/
res nihil aliud ē ꝙ̄ ordo corporis christi ad
substātiā panis quē ordinem habet vbicūq3
fit trāsubstantiatio. Ad alterū vero punctū
sc3 si est ibi corpus xpī per cōuersionem alte
rius in ipsum hoc cōcesso nullū sequitur im
possibile. Et cū arguis ꝙ imo sequitur im/
possibile q2 impossibile est ꝙ aliquid cōuer
tatur in preexistēs. Rn̄detur ꝙ falsum est q2
in nutrimento naturali videm⁹ oppositū. q̄a
ibi cibus cōuertitur in cibatū ꝓexistens sup/
positū. Et io nō debet mirari iudeus si in ꝓ/
posito virtute diuina fiat ɔuersio in ꝓexistēs
quod vt planius videatur notat sanct⁹ Tho.
i summa contra gentiles quo supra ꝙ ꝓdic/
ta conuersio panis in corpus xpī alteri⁹ mo/
di est ab oib⁹ conuersionibus naturalibus.
Nā in qualibet cōuersione naturali manet
subiectum in quo succedūt sibi diuerse for/
me vel accidentales sicut cū albū in nigrum
cōuertitur vel substātiales. sicut cū aer i ignē
vnde conuersiones formales nominātur s3
in conuersione ꝓdicta subiectū transit in sub
iectū et accidentia manent. vnde hec conuer/
sio substantialis vocatur. ꝙ autem subiectū
cōuertitur in subiectū natura facere non pōt
omnis enim nature operatio materiam pre
supponit ꝑ quam et substātia indiuiduatur.
vnde natura facere non potest ꝙ hec substā
tia fiet illa sicut ꝙ hic digitus fiat ille digit⁹
Sed materia subiecta est virtuti diuine cū ꝑ
ipsum producatur in esse. vnde diuina vi:tu
te fieri pōt vt hec indiuidua substantiam in
illā ꝓexistentē conuertat. sicut enim virtute
naturalis agentis cuius operatio se extēdit
tm̄ ad immutationē forme et existentia sub/
iecti supposita hoc totū in illud totum con/
uertitur secundum variationem speciei et for
me vtpote hunc aerem in hunc ignem gene/
ratum. ita virtute diuina que materiam nō
presupponit sed eam producit et tamen hec
materia conuertitur in illam et per consequēs
hoc indiuiduum in illud. Indiuiduationis
enim principium materia est. sicut forma est
principium speciei. Hinc autem manife/
stum est ꝙ in conuersione predicta panis in
corpus christi non est aliquod subiectu3 cō
mune permanens post conuersionem cum
transmutatio fiat secundum primum subie/
ctum quod est indiuiduationis principium
necesse est tamen idem manere vt verum sit
quod dicitur hoc est corpus meum. Que q̇/
dem verba sunt huius conuersionis signifi
catiua et factiua. et quia substantia panis n̄
manet nec aliqua prior materia vt ostensu3
est. necesse est dicere ꝙ maneat id quod est ꝑ
ter substantiam panis. huiusmodi autem
est accidens panis. remanent igitur acciden
tia panis etiam post conuersionem predic/
tam. Inter accidentia vero quidam ordo
considerandus est. Nam inter omnia accidē
tia propinquius inheret substātie quantitas
dimensiua. deinde qualitates in substantia
recipiuntur quantitate mediante sicut color
mediante superficie. vnde et per diuisionem
quantitatis per accidens diuiduntur. Alte/
ri⁹ aūt qualitates sunt actionū et passionum
principia et relationū quarūdā vt sūt pr̄ et fi
li⁹ dn̄s et seru⁹ et alia hmōi. Quedā vero re/
latōes imediate ad quātitatē cōsequūtur. vt
mai⁹ et min⁹ duplū et dimidiū et similia. sic
igit accidētia panis post cōuersionem predi
ctā remanere ponēdū ē vt sola quātitas di/
mēsiua sine subiecto subsistat et in ipa qua/
litates fundēt sicut i subiecto et ꝑ ɔn̄s actio
nes passiōes et relatōes. Accidit igit in hac
ɔuersiōe cōtrariu3 ei quod in naturalibus cō
uersionibus accidere solet in quibus substā
tia manet vt mutationis subiectum. Acci/
dentia vero variantur. hic autem econuerso
accidēs manet et substātia trāsit. Hmōi eni
ɔuersio nō pōt dici motus ꝓprie sicut a na/

turali cōsideratur vt subiectum requirit. sed est quedam sub͡a et successio sicut in creatōe est successio eē et nō eē. Hec igitur est vna rō quare accidens panis remanere optet vt inueniatur aliqd manēs in predicta cōuersiōe Est autē et ppter aliud necessariū si eni substantia panis in corpus xpi conuerteret et panis accidentia trāsirent non sequeretur q corpus xpi fm suā substantiā eēt vbi prius fuit panis qz nulla relinqueretur habitudo corpis xpi ad locū pdictū. Sed cū quātitatis panis dimēsiua remanet post cōuersionē per quā panis hūc locū sortiebat substātia panis in corpus xpi mutata fit sub quātitate dimēsiua panis et p cōsequēs locū panis quodāmodo sortitur mediantibus tamē dimēsionibus panis. hec thomas. Ptz ergo q nō est ipossibile diuine virtuti panem trāsubstātiari in pexistens corp⁹ xpi. nec habet mutatio similitudinē in naturalib⁹ mutationib⁹ sed ē alterationi quasi cōtraria. q͡a vna substātia hic mutat in aliā et manent accidentia. Sed in alteratione est ecōuerso qz ibi mutantur accidentia et manet eadem substantia. vt ptz in corporalib⁹ quādo d albo fit nigrū et in spūalib⁹ qn̄ de iusto fit impius vel de ignorante fit sciens. vt ergo tu iudee de iniusto efficiaris pius. de ignorante sciens. crede verū corpus xpi in opere eē i altari nō simplr sed sacramētaliter. crede q cū acqrit vbi sacramentale nō relinquit vbi celeste. Crede sine mutatione locali depditiā pñs fieri in altari. et crede substantiam panis in verū xpi preexistens trāsubstantiari. crede a deo omnia possibilia fieri. Inquit Aug. et nihil tibi videbitur ipossibile. vnde et dicit Luc. i. Non erit impossibile apud deum omne verbum.

Q͡d corpus xpi sit integrum et q caro et sanguis manent in locis separatis sub speciebus panis et vini.

Ereciūdeamū impossibile est. Vos xpiani dicitis q xps vester est integer sub speciebus panis et vini in sacramēto hocpbo ipossibile qz nūq ptes alicui⁹ i diuersis locis cōtinēt ipo integro pmanēte. Manifestū ē aūt in hoc sacramēto seorsū eē panē et vinū i locis sepatis. Si igit caro xpi sit sub specie panis et sanguis sub specie vini. videt sequi q xps nō remaneat integer sz semper cū hoc sacramētū agitur eius sāguis ab eius corpe separet. Ad istud argumentū ptz solutio ex his q̄ dicta sunt in pcedēti solutione dictū est autē q locus in quo agitur hoc sacramentū attribuit corpi xpi ratiōe dimensionū panis remanētiū post cōuersiōez substātie panis in corp⁹ xpi. Secundū hoc igitur ea que xpi sunt necesse ē esse in loco pdicto fm q exigit rō cōuersionis predicte. Cōsiderandū ē ergo in hoc sacramēto aliquid eē ex vi cōuersiōis pdicte. aliqd autem ex naturali cōcomittantia. Ex vi quidē conuersionis est in hoc sacramento illud ad qd directe cōuersio termiatur sicut sub specieb⁹ panis corpis xpi in qd substantia panis cōuertit vt p verba cōsecratōis patet cū dicitur Hoc est corp⁹ meū. Et similiter sub specieb⁹ vini est xpi sanguis. vñ dicit hic est calix sanguis mei etc. Sed ex naturali cōcomittātia sunt ibi oia alia ad que cōuersio nō termiat sed tñ ei in qd termiat sunt realiter cōiūcta. Manifestū ē ei q cōuersio panis nō termiatur i diuitate xpi nec i ei⁹ animā sz tamē sub specie panis ē aīa xpi et eius diuitas ppter vnionē vtriusq ad corp⁹ xpi. si vero i triduo mortis xpi hoc sacramētū celebratū fuisset nō fuisset sub specie panis aīa xpi qz realiter nō erat corpi eius vnita. Et similiter sub specie panis non fuisset sanguis nec sub specie vini fuisset corpus ppter sepatōnē vtriusq i morte. Nūc aūt qz corpus xpi in sua natura nō ē sine sanguine sub vtraq specie cōtinet corp⁹ et sanguis. sed sub spē panis cōtinet corpus ex vi cōuersionis. Sanguis aūt ex naturali cōcomittentia. sub specie aūt vini econuerso verba sunt sancti thome libro quo supra ca. lxiij. Et sic patet solutio ad argumentum q licet sepate sint spēs panis et vini. tamen corpus xpi integer est sub vtraq specie. Sed forte dicet iudeus si ergo sub specie panis ē totus christus ita q est ibi corpus et sāguis vt tu dixisti. frustra ergo iterū sub specie vini integer reperitur. Ad hoc respondet Nycolaus de lyra super verbo senantibus autem illis math. xxvi. dicens q sub duplici specie institutum est hoc sacramētū. s. panis et vini. qz panis conuertitur in corpus xpi et vinum in sanguinem. et iste conuersiones sunt

separatim qr sanguis xpi fuit separat⁹ a cor pore vel carne in passione. Hoc autem sacramentũ institutũ est quasi quoddã memoriale illius passionis. et iõ cõsecratio carnis et sanguinis fit sub speciebus distinctis. Considerandum tamen ꝙ sub vtraqꝫ spẽ est totus xpus. qr sub specie panis est totũ corpus ex vi conuersionis vel sacramenti. Sanguis aũt et anima et diuinitas sunt ibi ex cõcomitantia naturali. Similiter sub specie vini sãguis ex vi sacramenti cetera vero ex cõcomitantia. hec ibi. Patet ergo ꝙ licet sub specie panis sit caro et sanguis xpi non frustra separatim sub specie vini et sanguis et corpus cũ hoc fiat in memoriam passionis xpi. in qua fuit sanguis a corpore separatus.

Qõ corpus xpi in tam parua hostia cõtineatur cum maius in minori non capiatur.

Quartũdecimum impossibile est. ait iudeus. Uos xpiani dicitis ꝙ in illa parua hostia corpus xpi continetᷣ hoc probo impossibile eẽ. qr impossibile est ꝙ maius corpus in loco minoris includatᷣ. Manifestũ est aũt ꝙ verũ corpus xpi est maioris quantitatis ꝙ panis qui in altari offertur igitur impossibile videtur ꝙ verũ corpus xpi totum et integrum sit vbi videtur esse panis. si autem ibi non est totum sed aliqua ps eius redibit icõueniens supradictũ ꝙ semp cum hoc sacramẽtum agitur corpus xpi per partes discerpatur. Ad istud argumentum quod tangit inequalitatem corporis xpi ad locũ panis dupliciter respondetᷣ. Primo excludendo impossibilitatem. Secũdo applicando similitudines. Circa primũ dicitur ꝙ substantia panis directe cõuertitᷣ in substãtiam corporis xpi. Dimẽsiones aũt corporis xpi sunt in hoc sacramento ex naturali cõcomitantia non aũt ex vi conuersionis cũ dimẽsiones panis remaneant. sic igitur corp⁹ xpi nõ cõpatᷣ ad hũc locũ mediantib⁹ dimẽsiõibus ꝓprijs vt eis oporteat adequari locum sed mediãtibus dimẽsionib⁹ panis quibus remanẽtib⁹ locus adequatur. hec Thomas vbi supra. Quõ aũt pñt eẽ dimẽsiones corporis xpi cũ dimẽsionib⁹ hostie vn⁹ ali⁹ doctor sic declarat. Nã cũ ibi prius erat substãtia panis et facta sit substãtia corpis xpi. sic cũ dimensionibus panis vel erat substãtia panis ante cõuersionẽ factã sic conuersione facta simul cum eisdeꝫ dimensionibus erit substantia corpis xpi. Rursũ quia dimensiones corporis xpi ꝓprium subiectum non deserunt et optet dimẽsiones esse vbicꝫ ipm corpus. Ideo ex quo ipm corpus est simul cum dimensionibus panis. optet dimensiones corporis xpi eẽ cũ dimensionib⁹ panis: Sed quõ hoc posset esse est videre difficile Arguit enĩꝫ phs. iiij. phisi. contra ponentes vacuum et dicentes locũ esse dimensiones sepatas. quia si in homini dimensiõibus reciperetur corpus contingeret duo corpora sil' posse existere quod habet pro impossibili. tota igr causa quare duo corpora non pñt simul esse est resistentia dimensionũ. Sciendum igitur quod sicut calor et alie q̃litates actiue duplicem habet compationem sic dimensiones. calor aũt habet vnam compationem ad subiectum ẜm quã dat sibi eẽ calidum. et aliam ad obiectum ẜm quam est rõ calefaciendi ita etiã quãtitas ꝓut cõpatur ad subiectum dat esse quãtũ. prout aut cõpatur ad quantitatem aliã dat sibi resistere et eẽ locale. sicut ergo calor põt dare eẽ calidũ et nõ calefacere. puta si deus conseruet eũ in eẽ et suspenderet agere sicut fecit de igne ĩ fornace puerorũ. et sic aliquid põt eẽ calidũ absqꝫ hoc quod calefaciat sic et dimensiões poterũt dare eẽ quãtũ absqꝫ eo ꝙ alijs dimẽsionibus resistant quod ptꝫ. nã cũ quantitatis sit rõ quare quantũ resistat quanto: idõ oportet vnũ quantum alteri quanto cõpare mediante quantitate. et quantitatem eẽ mediam inter corpus quod resistit et corp⁹ cui fit resistentia. sed sublata illa mediatiõe. s. ꝙ corpus sit alicubi non mediante quantitate certum est ꝙ sibi aliud corpus siue alia dimensio non resistet. Nam cũ tota causa resistentie sit qr comparatur ad ipsum mediãte quantitate sublata causa iam nõ resistet. Per hoc possent etiam solui instantie dẽ trãsitu corporis xpi per corpus virginis ipso manente clauso. et etiam de penetratione celorꝫ quando ascendit in celum. cum igitur in sacramento corpus xpi non cõparetur dimensionibus mediãte quãtitate. sed magis quãtitas mediante substantia cum substãtia cã resistentie non sit. Ideo sicut non est contra rationem substantie simul cum dimensioni

bus eē. sic non est contra rationem dimensionū corporis xpi mediante substantia eē simul cū dimēsionib⁹ panis. Et sic ptz ꝙ non ē ipossibile dimensiones corpis xpi cū dimsionib⁹ panis eē. cū ibi sint mediāte substātia que simul pōt cū dimēsionib⁹ eē. Aliter soluit predictū ipossibile doctor subtilis in iiij. suo. Dicit. n. ꝙ est duplex ordo. s. ordo ptium in toto et ordo ptiū in loco. Ordo autem ptiū in toto ē differētia quātitatis nō ppie cū sit respect⁹ sed aliquo modo accedēs ad differentiā eius essentialem. Ordo autē ptiū in loco ē de genere situs et ab isto respectu siue ordine ptiū in loco pōt absolui. Ordo. n. partiū in toto est prior ordine partium in loco. Prius autem pōt absolui a posteriori sibi accidētaliter cōiuncto. Cum ergo ordo partium in loco accidentaliter cōiugatur ordim ptiū in totū. igr corp⁹ xpi in eucharistia hēbit ordinē ptium in toto absq3 illo respectu qui est ordo ptiū in loco. Adducūtur secūdo similitudies alique cōtra iudeos et ifideles. Et pmo Aug. in libro de quātitate aie pbat aīam maiorē esse ꝙ corp⁹ qr totā mūdi magnitudinē ifra se cogitari pōt et infra se cōtinere et sicut anima cū sit maior corpore tota est infra corpus. mō psimili corp⁹ xpi cū sit maius bostia totū est infra eā non coartatū sed ita magnū et perfectū sicut i celo cōtinet. Itē in parua oculi pupilla maximi mōtes cōtinētur per spēs suas. cur ergo sic corpus xpi in pua bostia. Itē videm⁹ in puo speculo solis et lune maximarūq3 reruz diuersitates. Item intellectus hoīs puus est et tamē in ipso magna celestiū et terrestriū sapiētia et scia continet. quid ergo impossibile putas xpm qui ē dei sapia increata sub pua forma bostie iueniri. nūquid vides i puo lapide pcioso magnas et multas virtutes. nōne vides in puo corpore pricipis magnā potentiam. et in puo corpe pape magnā auctoritatē. Quid ergo impossibile est xpo in pua bostia latere. nūquid sub paruis signis magna signata cōprebendūt. Nōne vides quō in hac pua dictione de⁹ tota trinitas continet. s. pr̄ et filius et spūssanct⁹. quāto magis sub parua bostia pōt seipsum xps concludere si vult. imo ꝙ āplius est videm⁹ ꝙ sub hac pua dictione et sub hoc paruo signo omne duarū syllabarū et quatuor litterarū cōtinetur oīs creatura celū et omnia celestia: infernus et oīa infernalia et breuiter omnia creata. Quid igitur impossibile ꝙ in vna bostia cōprebendat tot⁹ xps cū in tā parua dictione cōpbendat totus mūd⁹ qm̄ igitur hec in creaturis credūtur iudei erubescant similia fieri in creatore. lz supradicta non iducūt omnimodā similitudinem sunt tamen aliquales cōformitates q̄s deuoto aīo cōsiderate mirā delectationē adducūt in animo contemplantis.

Quia vnicum corpus xpi sit simul in diuersis altaribus cū non possit vnū corp⁹ simul esse in diuersis locis.

Uintūdecimu impossibile est. vos xpiani dicitis aut iudeus ꝙ xps vester simul est in pluribus altaribus vbi misse celebrantur hoc videt ipossibile qr impossibile est vnū corpus in pluribus locis existere. Manifestū est aūt hoc sacramentū in plurib⁹ locis celebrari. impossibile igitur videt ꝙ corp⁹ xpi in hoc sacramento veraciter cōtineatur nisi forte q̄s dicat ꝙ fm aliquā pticulā ē hic et fm aliā alibi ad qd̄ ulterū sequitur ꝙ per celebrationē huius sacramenti corpus xpi diuidatur in partes cū tn̄ nec quantitas corpis xpi sufficere videat ad tot pticulas ex eo diuidendas in quot locis hoc sacramētū peragit. Ex his que dicta sūt super⁹ ptz solutio ad hoc qd̄ obijcit de pluralitate locorū ꝙ corp⁹ xpi per suas dimensiones existit tm̄ in vno loco. sed mediantibus dimensionibus panis in ipm transeuntis ē in tot locis in quot huiusmōi conuersio fuerit celebrata non quidē diuisū per ptes sz integrū in vnoquoq3. Nam quilibet panis cōsecratus in integrū corpus xpi conuertitur. h̄ est solutio thome vbi supra. Alij vero soluētes dixerūt ꝙ non est incōueniens ꝙ vnum corpus sit in diuersis locis si in vno est per se et in alijs per accidens sic autem est in proposito qr corpus xpi est in celo fm proprias dimensiones et sic per se. In sacramento autem per dimensiones alienas scilicet per panis et sic per accidens sed isti difficultatē nō euadūt. Diceret enim iudeus et per se et per accidens eē impossibile idē corpus esse in diuersis locis propter hoc ostendo ꝙ corp⁹ xpi

potest esse simul in diuersis locis. sic omne corpus quod est alicubi ratione substantie non ratione quantitatis potest esse in pluribus locis simul. sed corpus xpi est sub dimensionibus panis ratione substãcie non ratione quantitatis ergo potest esse in pluribus locis simul. Maior probatur quia quod non est in loco p quantitatẽ non diffinit nec determinat sibi locum. sed quod non determinat sibi locum potest esse in pluribus locis. ergo quod non est in loco p quantitatẽ potest esse in pluribus locis simul. Ad maiorem euidentiam istius prosilogismi notãdũ ꝙ diffiniri est idem ꝙ finiri siue terminari. ppter qd pħs. v. meta. vocat diffinitõnem terminũ qꝛ in ea ponũtur rei principia inter que velut inter primos terminos et inter proprios fines res diffinita cõcluditur. Hec aũt diffinitio siue determinatio est duplex. vna que respicit rem vt est substantia. Alia q̃ respicit eam vt est quanta. Nã quelibet res creata siue sit corpalis siue spũalis inquãtũ est substantia finitur sic ꝙ determinatur ad certũ genus et ad certã spẽm et ad certũ indiuiduationis modũ. et ideo solꝰ deꝰ qꝛ est substãtie infinite nõ determinatur ad genus neqꝫ ad spẽm nec p se nec per accidens. nec etiã ad modũ indiuiduationis. cũ ipse sit singularitas quedã formaliter. Res autẽ quanta sicut p hmõi quãtitatẽ respicit aliã sic cõpetit sibi determinatio loci. non. n. res creata determinatur ad locũ siue diffinitur loco inquãtũ ẽ substãtia qꝛ substãtie vt substãtia est nõ debet locꝰ. qꝛ inquãtũ substãtia nõ põt cõmensurari vltime superficiei cõtinẽtis. Et iõ si diffinitur loco hoc est rõe quãtitatis. et iõ cũ duplex sit quãtitas. s. molis et virtutis sicut nõ diffiniũt locũ sibi corporalia nisi per quãtitatẽ molis. ita ẜm aliquos nõ diffiniunt sibi vbi spũalia nisi per quãtitatẽ virtutis itaqꝫ dicũt ꝙ vbi itelligentie operãt ibi esse dicũtur nec sunt in loco nisi dũ operant qd virũ sit verũ nihil ad ꝓpositũ. Quartum igitur ad ꝓpositũ ptꝫ ꝙ corpꝰ qd est alicubi nõ per quãtitatẽ nõ diffinit sibi locũ illum. si ergo est alicubi solũ rõe substantie. quantitas aũt ibidẽ existens ꝑpter naturalem ordinẽ quẽ ad substãtiã hꝫ ei cõpetit finitas q̃ sequitur naturã substãte. nõ autẽ finitas q̃ sequitur quãtitatẽ. put p quãtitatẽ ad aliam cõparatur. Et iõ qꝛ ex vi sacramẽti corpꝰ xpi est in altari rõe substãtie solũ non rõe quantitatis nisi ex cõsequenti vt. s. habet naturalẽ ordinẽ ad substãtiã. Jõ ibi sibi cõpetit finitatio ratione generis et speciei et indiuidui. nõ aũt ratione localitatis cũ illa tãtũ cõpetat corporibꝰ rõe quãtitat͡ꝭ. Et ideo cũ sibi ñ determinet locũ certũ est ꝙ nõ est ita ibi quĩ posset eẽ alibi. Sic ergo ptꝫ maior ꝙ omne corpus qd est alicubi nõ rõe quãtitatis cuꝫ nõ determinat sibi locũ illũ põt simul eẽ alibi. Minor pncipalis est manifesta. s. ꝙ corpus xpi est in sacramẽto rõe substantie non rõe quãtitatis. qꝛ est ibi per transubstãtiatõnẽ. Nũc aũt certũ est. ꝙ quãtitas panis non transubstãtiatur in quãtitatẽ corporis xpi cũ maneat in sacramẽto. ergo rõe trãsubstãtiationis panis in substãtiã corporis xpi. cũ ergo sit ibi ratione illius in qd substãtia panis transubstantiatur. manifestũ est ꝙ ẽ ibi rõe substantie. quare sequitur ꝙ põt alibi eẽ rõe sue quantitatis scilicet in celo. Similitudines licet nõ omnimode adducũtur ex natura. Jdẽ sol in diuersis locis. s. in diuersis oculis continetur et vidẽtur et hoc sine sui diuisione. Jdẽ verbũ numero in diuersis auribus continetur et auditur et idẽ sonus. Occurrit etiã contra istos infideles hugo de sacramentis dicens ꝙ ideo isti dicunt corpus xpi nõ posse esse simul in pluribus locis qa deus talẽ legẽ dedit corporibus. Cũ ergo lator legis possit dispensare in lege multomagis deus põt dispensare in vniuerso nec mirum. qꝛ tunc sacerdos gerit personã et vicem illius qui dixit et facta sunt. et sic ꝙ simul et semel est in diuersis altaribus hoc est ex potentia deitatis cui vnitum est corpus illud et ex virtute verborũ xpi quibus contulit virtutem conficiendi.

Jmpossibile ẽ ꝙ caro xpi et sanguis sint sub speciebus panis et vini cũ sit ipossibile duo corpora simul eẽ in eodem loco. s. substantia panis et vini cum carne et sanguine xpi cum illa accidentia vt dicunt non sint p se nec in aere nec in carne et sanguine xpi sed subiectiue in substantia panis et vini.

Extũdecimũ impossibile est. Vos xpiani dicitis ꝙ manifeste post consecrationẽ in hoc sacramẽto sentiũs omnia accidentia panis et vini. s. colorem.

saporem. odorem. figurã. quãtitatem et põ
dus circa que decipi nõ potestis qꝛ sens⁹ cir/
ca ꝓpria sensibilia nõ decipit̃. hmõi autem
accidentia in corpore xp̃i esse non possunt
sicut ĩ subiecto vt vos asseritis. Similiter au
tem nec in aere adiacẽte. qꝛ cũ plurima corũ
sint accidentia naturalia requirũt subiectū
determinate nature nõ qualis est natura cor
poris humani vel aeris nec possunt per se sb
sistere cũ accidentis esse sit in esse. vij. meta/
phisice. Accidentia. n. cũ sint forme indiui/
duari nõ possunt nisi ꝑ subiectum. Cõnũe/
rantur. n. ad cõnumeratione ẽ et indiuiduatõ
nem suorũ subiectorũ. vnde remoto subiec/
to essent forme vniuersales. Relinquit̃ igit̃
hmõi accidentia esse in suis determinatis sb
iectis. i. in substantia panis et vini. Est ergo
ibi substãtia panis et vini et nõ substãtia cor
poris xp̃i. cũ ĩpossibile videat̃ duo corpora
esse simul. Ad istud respondet̃ ꝙ nõ possu/
m⁹ negare accidentia panis et vini remanet̃
cũ sensus hoc infallibiliter dmõstrat nec his
accidentibus corp⁹ xp̃i aut sanguis afficitur
qꝛ hoc sine eius alteratõe eẽ nõ posset nec ta
liũ accidẽtiũ capax est. similiter aũt nec sub
stantia aeris. Unde relinquitur ꝙ illa acci/
dentia sint sine subiecto. tñ eo mõ quo supra
fuit declaratũ in duodecimo ĩpossibili. vt. s.
sola quãtitas dimensiua sine subiecto sub/
sistat et ipsa alijs accidentib⁹ prebeat subie/
ctũ. nec ĩpossibile est ꝙ accidens diuina vir/
tute subsistere posset sine subiecto qꝛ idẽ est
iudicãdũ de ꝓductione rerũ et de cõseruatio
ne earũ in esse. diuina autẽ virtus põt ꝓdu
cere effect⁹ quarũcũqꝫ causarũ sine ipsis cau
sis secũdis. sicut potuit formare hominẽ sine
semine. et sanare febrẽ sine operatione natu
re quod accidit ꝓpter infinitatem eius virtu
tis et qꝛ oib⁹ causis secũdis largitur virtutẽ
agẽdi. vnde et effectus causarũ secũdarũ põt
cõseruare in esse sine causis secundis. et hoc
modo in hoc sacramento accidẽs cõseruat ĩ
esse sublata substantia que ipsum cõserua/
bat qd̃ quidẽ dici põt de quantitatib⁹ dimen/
siuis quas etiã platonici posuerũt ꝑ se subsi
stere ꝓpter hoc ꝙ sm̃ intellectũ separantur.
Manifestũ est autem ꝙ plus põt deus ĩ o/
perando ꝙ̃ intellectus ĩ apphendendo. Et
licet de principio indiuiduationis sit iter do
ctores nõ parua difficultas. Verũtamẽ in ꝓ
positione nõ intromitto. qꝛ hic nõ labora/
mus nisi ad excludendum ea que a iudeis ĩ
possibilia reputantur. dicit ergo sãct⁹ Tho.
in summa cõtra gentiles libro. iiij. c. lxv. ꝙ
quantitas dimẽsiua hꝫ hoc ꝓpriũ inter reli
qua accidentia ꝙ ipsa sm̃ se indiuiduat̃. qd̃
ideo est qꝛ positõ que est ordo partiũ in toto
in eius ratione includitur eẽ enim quantitas
positionẽ habens. vbicũqꝫ autẽ intelligitur
diuersitas ꝑtiũ eiusdẽ speciei necesse est itel/
ligi ĩdiuiduationẽ. nã que sũt vnius speciei
nõ multiplicãtur nisi sm̃ indiuiduũ et inde
est ꝙ nõ possunt apphendi multe albedies
nisi sm̃ ꝙ sunt in diuersis subiectis pñt autẽ
apphendi multe linee etiã si sm̃ se cõsiderent̃
Diuersus enĩ situs qui per se linee inest ad
pluralitatem linearum sufficiens erit. Et qꝛ
sola quantitas dimensiua de sua rõe habet.
vñ multiplicatio indiuiduorũ ĩ eadẽ specie
possit accidere. Prima radix huius multipli/
cationis ex dimẽsione esse videtur. qꝛ et in
genere substãtie multiplicatio fit sm̃ diuisio
nem materie: que nec itelligi põt nisi secũdũ
ꝙ materia sub dimensionib⁹ consideratur.
Nã remota quantitate substantia omnis in
diuisibil' est vt ptꝫ per phm̃ primo phisicorũ
manifestũ est aũt ꝙ in alijs generibus ac/
cidentiũ multiplicãtur ĩdiuidua vni⁹ speciei
ex ꝑte subiecti. et sic relinquitur ꝙ cũ in hui⁹
modi sacramẽto ponamus dimẽsiones per
se subsistere. et alia accidentia in eis sicut in
subiecto fundari. ñ oportet nos dicere ꝙ ac
cidentia huiusmodi indiuiduata nõ sint.
Remanet enĩ in ipsis dimẽsionibus indiui
duationis radix. Concedamus igr̃ ꝙ senti
m⁹ supradicta accidentia et ꝙ illa non sunt ĩ
corpore xp̃i nec in aere nec in substantia pa/
nis qꝛ non est. sed est illa dimensiua quãti/
tas hñs eẽ ꝑ se ꝑseytate tercij modi. quod ẽ
eẽ ꝑcisuꝫ et separatũ ab omni subiecto et re
liqua accidentia in predicta quãtitate sunt
vt in subiecto diuina virtute. Est enĩ cõis ꝓ
positio apud oẽs scotizantes ꝙ primũ ind
pẽdẽs põt terminare dependentiã cuiuslibꝫ
entitatis create et supplere vicẽ cuiuslibet de
terminãtis cũ cõtineat eminenter vices cuius
libet causalitatis secundarie cause. ergo de/
pendentiã quã habet accidens ad subiectuꝫ
põt deus supplere et terminare. Itẽ de⁹ põt
quodlibet pri⁹ distinctũ eẽntialiter a posteri
ori facere sine illo posteriori. Cum ergo acci
dentia sint priora inherentia actuali et ab ea

distincta essentialiter. qz sunt in diuersis generib⁹. ergo de⁹ poterit facere accidentia per se existere sic ꝙ nō inherebūt actualiter quicquid sit de inherentia aptitudinali. qz cū hec sit idē essentialiter cū subiecto licet sit posterior ordine nature. ab ea accidētia separari nō pñt. Pōt etiā dici sicut notat magr̄ iohānes couersus in libro de cōcordia legū. ti. iij. ca. iiij. ꝙ accidentia per se remanere sine inherētia ad subiectū impossibile est in trāsmutationib⁹ et mutationib⁹ naturalib⁹. sed ista trāsubstantiatio est per miraculū diuina virtute facta. Et dicit ꝙ iudei cōcedūt aliud miraculū in lege sua simile huic. s. ꝙ littera mendausa et chamab. que scripta erāt in tabulis legis erant per se sine aliquo subiecto. et iste littere figurate erāt ex vtraqꝫ pte et erāt rotūde et nulla istarū lr̄arū ps sustētabat̄ ab aliquo corpe sed per se erāt stantes miraculose et istud dicere est euidēter cōtra naturam et impossibile magis ꝙ dicere trāsubstātiata est vna substantia in aliā et accidentia remanent per seipsa.

Qd̄ in sacramēto altaris sit corp⁹ xp̄i incorruptibile cū possit putrefieri et a muribus comedi.

Decimūseptimū impossibile est. Dicūt iudei certū est ꝙ si illud vinū vestri sacramēti in magna quātitate sumeretur ꝙ calefaceret et inhebriaret sicut āte sacramētū. panis etiā cōfortaret et nutriret. Videtur etiā si diu et incaute seruet̄ putrescere et a murib⁹ comedi. cōburi etiā pñt et in cinerē redigi et vaporē que oīa corpi xp̄i couenire non possunt cū fideles vestra ip̄m impassibilem p̄dicet. Impossibile igitur videt̄ ꝙ corp⁹ xp̄i in hoc sacramēto substātialiter cōtineat̄. Respōdet̄ ꝙ hic sūt duo cōsiderāda vnū qd̄ de facili pōt expiri et aliud ꝙ maiorē difficultatē pretendit. ꝙ eni in hoc sacramēto eedē actiones apparcāt que prius in substātia panis et vini apparebāt puta ꝙ similiter imutent sensum. Similiter etiā alterēt aerē circūstantē vel quodlibet aliud odore aut colore satis consequens videtur ex his que supradicta sunt. Dictū est eni ꝙ in hoc sacramēto remanent accidentia panis et vini inter que sunt qualitates sensibiles q̄ sūt hmōi actionū principia. Rursus circa passiones aliq̄s puta que fiūt ꝑm hmōi alterationes accidētiū nō magna etiā difficultas accidit si pmissa supponantur. Cū enim pmissū sit et alia accidentia in dimensionibus fundantur sicut in subiecto per eūdem modū circa hmōi subiectū alteratio aliorū accidentiū cōsiderari pōt sicut si esset ibi substantia vt puta si vnū esset calefactum et ifrigidaretur aut mutaret saporem aut aliud hmōi. Sed maxia difficultas apparet circa generationē et corruptionem q̄ in hoc sacramento videtur accidere. Nam si quis in magna quantitate hoc sacramentū tali cibo vteretur sustentari posset et vino etiam inebriari. ꝑm illud apl'i ad Corinth. xi. Alius esurit alius ebrius est. q̄ quidem accidere nō possent nisi ex hoc sacramento caro et sanguis generaret̄. Nā nutrimentū couertitur in substātiā nutriti. Quis quidā dicant hominem hoc sacramentali cibo nō posse nutriri sed solū cōfortari et refocillari. sicut cū ad odorem panis et vini confortatur. Sed hec quidem ɔfortatō ad horā accidere pōt. nō aūt sufficit ad sustentādum hominē si diu sine cibo permaneat. Experimento aūt de facili inuenire hominem diu sacramentali cibo sustentari posse. Mirādū etiā videtur cur negent hominem hoc sacramentali cibo posse nutriri refugientes hoc sacramentū in carnem et sanguinem posse conuerti cū ad sensum appareat ꝙ per putrefactionem et cōbustionem in aliā substātiā scꝫ cineris et pulueris couertat̄. qd̄ q̄dem difficile tn̄ videtur. eo qd̄ nec videat̄ possibile ꝙ ex accidentibus fiat substantia. nec concedi phas sit ꝙ substātia corporis xp̄i que ipassibilis sit in aliā substātiā couertat̄. Si q̄s aūt dicere velit ꝙ sicut miraculose panis in corpus xp̄i conuertitur. ita miraculose accidentia in substātiā conuertuntur. Primo q̄dem hoc non videtur miraculo hoc esse conueniens ꝙ hoc sacramentum putrescat vel p cōbustionem dissoluatur. deinde ꝙ putrefactio vel cōbustio consueto nature ordine huic sacramento accidere inuenitur. ꝙ non solet esse in his que miraculose fiunt. Ad hāc dubitationem tollendam quedam famosa positio est adinuenta que a multis tenet̄. Dicunt enim ꝙ non contingit hoc sacramentū in carnem conuerti aut sanguinem per nutri

Etauus et vltim articulus e qua-lis e stat iudeo pnuc in regno isto castelle licet optime ordinata sint ex iure canonico et ciuili. ac regia ordinatione regni que supradicta sunt. In hac considera tione peccatis tn exigentibus precipue pre-latoru et principum alioruq dno nihil vl modicu de omnibus supradictis obseruat iudei. Quia ex nimia conseruatione eorum et frequenti munerum acceptione iam ve-nerunt in pfundum malorum vt insensibi-les facti ad voces predicatoru et clamores gementium non solum pauperu. sed etiam plurium alioru in oppositu facti ceci retor-quentes iudicia sua fauores ad libitum co-sequuntur ex quibus plurima mala oriunt in populo pcipue in fide et morib. cu mul-ti xpiani facti sunt iudei. vel meli dica erat occulti iudei et facti sunt publici. Alij sunt saraceni facti. Alij vero vtunt circuncisione Alij cerimonias al's iudaicas obseruat im-pune. Ex hoc et tyrannica rabies continue crescit in regno: astutijs et cosilijs iudeoru qui ad hec et similia inuenienda inter cete-ros homines pmpti sunt. Et q vereo cala mo scribere iuxta sententia pauli ad Ro. i. dati in reprobu sensum multi de populo. q immaculatus hactenus fuerat ceciderunt in passiones ignominie masculi in masculos turpitudinem operantes in eum vsum qui contra natura est. laudantes se per vicos et plateas crimen pessimum comisisse. vt dei occulto iudicio cum dixerint pax et securitas tunc eis repentinus veniat interitus sicut et iudicia terribilia deus fecit in vindicta pre dicti criminis per diluuium generale. Gen. vi. et per pluuiam ignis sulphuris super hec ciuitates. gen. xix. et per occasionem tribus beniamyn et destructionem omniu suarum ciuitatu et loco iudicu. xix. et. xx. capitulis Et per destructionem hyspanie igne et gla-dio tempore regis roderici vltimi gottoru regis. quia peccata carnis turpissimi regis vitise sui pdecessoris qui iudeos introduxit in regno. Et peccatum regis roderici sui suc cessoris circa filiam vel vxorem comitis Ju liani fuert potissima causa exterminij hyspa

niarum vt colligitur ex cronica generali hyspanie vt ex collectario hystoriarum fratris iohānis de podio. Auertat dominus secūdum sententiā ne pereant boni cum malis p̄dicta mala et plurima alia cogito oriri ex nimia conuersatione et fauore infidelium in malis. contra sacrorum canonum sanctiões nō attendētes pericula que ex predictis oriūtur. sic notat Inno. iij. scribēs epō senonen̄. et epo parisien̄. sic dicens. Et si iudeos quos ppria culpa submisit ppetue seruituti pietas xpiano receptet et sustinebit cohabitationē illorum. Ingrati tamen nobis esse non dēnt vt reddant xpianis pro gratia contumeliam et de familiaritate contemptum qui tanq̄ misericorditer in nostram familiaritatem admissi nobis in illam retributionē impēdūt quam iuxta vulgare puerbiū. mus impera serpens in sinu. et ignis in gremio suis consueuerūt hospitib' exhibere. patet hec extra de iudeis. ca. et si iudeos. Vere iudei istius regni super omnes iudeos ingratissimi sunt xpianis. cum sustententur tanq̄ domini in isto regno quod alibi minime fit presertim in francia et anglia vt supradictum est. vij. consideratione vt impleatur illud Exodi. xxiij. ca. Non habitent in terra tua ne forte peccare te faciant. In alijs tamen regnis si aliqui sunt vitam captiuitatis ducunt et non solum inter xpianos quod iuris est. sed etiam in regnis machometorū vbi xpi incarnatio credītur propter errorem quē temptauerunt iudei contra xpm inter eos ducunt vitam magis miserabilē q̄ inter xpianos. et captiuerij efficacis ac magis habent eos odio et contemptui q̄ xpiani. Cum enim principū xpianorū detestabilis auaricia eos ppter lucra temporalia sustineat et xpiana mancipia ipsis habere pmittat et immoderato vsurarum fauore xpianos expoliari concedat. Ipsi tamē iudei apud saracenos abiectissima et vilia operantes mancipia et serui sunt paganorum. Et extremis conditōibus inter eos cōmorari permittuntur. Et si in aliquo contingat eos contra legem machometi vel in vituperium eius aliquid operari crudeli examinatione contra eos procedunt. Unde legi q̄ quidam iudeus peritissim' hyspanus dict' rabi abrabā dela capa. sic cognomiat' erat q̄ tā paup erat q̄ nū q̄ hēre potuit nisi illā capā veterē quam ducebat cōtinue q̄ multa audiens de sepultura et simulacro machometi pendenti virtute admantium et q̄ et ornamentū erat innumerabilis valoris disposuit ire illuc sub habitu saracenico et sic factum est. Et cum esset circuncisus et linguam sciret arabicam et caldeā incognitus pertrāsiuit reputatus saracenus. Et cum veniret in mecā. et ibi se fingeret religiosum secūdum legem machometi et vt talis acceptus et q̄si facti confidentes de eo ingrediebatur locum illum vbi simulacrū erat q̄ omnibus non licebat et cum vidit tempus oportunū adhibitus aliquibus succis arborum et aliquib' sanguinibus debilitata fuit virtus ad amantium et cecidit simulacrum fractūq̄ est op' mirabile. et accipiens aliquos lapides preciosos quos voluit fugit in iudeā et exinde in hyspaniam. Cum vero die quadā magne festiuitatis saracenorum vellent simulachrū videre et venerari. quia non erat eis licitum omni tempore intrare inuenerunt fractum et turpiter conculcatum requirentes diligenter malefactorem. Inuenerunt finaliter. q̄ ille q̄ se fingebat religiosum fecerat et cognouerūt q̄ non saracenus sed iudeus erat. Querētes ergo eum per omnes suas puincias et non inuenientes quadringentas synagogas iudeorū destruxerunt. quarum vna fuit synagoga toletana. Cum tunc illa ciuitas a saracenis possiderentur nunquid horribilia cōmiserunt in regno isto. specialiter circa sacramētum corporis domini ihesu xpi. et cōmittūt cū illud possunt vel furari vl' a cupidis emere xpianis. Non sufficeret liber magnus capere eorū crimina circa hoc. Sed dixi vt excecatis platis et principibus alijsq̄ quorum interest intendere punitioni eorūdem. quantūcūq̄ hec vl' alia grauissima crimina pmittant oblatis munerib' seu māmona sue iniquitatis expertus sum de eis nullam fieri vltionem. immo cum accusant' ab aliquibus omnes supradicti et cōiter in eorum insurgūt fauorem. In hoc ergo regno iudeorum non grauatur captiuitas cum ipsi terre pinguedinē edant et bona non laborāt terrā nec cā defendunt. Sed malicijs et astutijs suis labores xpianorum deuorant. et eorum sunt bonorum heredes sicut de eis scriptū est hiere. v. ca. sicut decipula plena auibus sic dom' eorum plena dolo. Ideo magnificati sunt, et ditati incrassati et impingati. Sic ergo pdi

ctiones et mala iudeorum vt dictum est transeunt sine pena et peccatis exigentibus semper in regno isto aliqui ipsorum nimis valent cum regibus et ea que ad reges pertinent pertractant et talibus se immiscent quod habent sub iugo et domino christianos. Et ideo in regno isto temporibus fere omnibus optinent priuilegia iuxta velle semper etiam in domo regia est vnus magnus miles vel plures qui eorum est aduocatus et defensor a quocunque accusante Et sic ceci iudei cecos efficiunt christianos regni istius. Unde accidit prouerbium antiquorum vidistis hic cecum qui videntem excecauit. cum tamen scriptum sit prouer. xix. non decet stultum diuitie nec seruum dominari principibus. Sed arguet hic iudeus si nos viuimus hic in captiuitate et melius et illaboriosius vt tu dicis. Ex hoc sequitur quod magis specialiter ipse deus pre liberis nos respiciat. Et sic scripsit moyses in lege. Cum fueritis in terra inimicorum vestrorum nec odio vos habebo vt imponam finem federi quod pepigi vobiscum. Respondetur quod iudeorum solatium in vita est propter peccata principum istius regni vel subiectorum suorum qui eos adiuuant in hac vita. Sed ad dictum mosaicum cum dicitur quod imponeret finem eis cum in captiuitate essent dico hoc fuisse duabus de causis. Una imperpetua captiuitate ipsi maneant propter ingratitudinis memoriam redemptionis messie ihesu christi. de quo hier. xxiij. c. Et dabo vos in obprobrium sempiternum et ignominiam eternam que nunquam obliuioni delebitur. Secunda causa est non possunt homines se excusare quin peccatis et alijs malis subijciantur et ipsi ad hoc vt talia excitent permanebunt Nam videmus naturaliter animalia procrean ex aeris corruptionibus vt putrefactio ibi incorporetur. et aer corruptus in talium sustentatione minuatur vt aer purus remaneat alijs animalibus sine damno. Secundo et de hoc testimonium perhibeo quod summus pontifex et reges ceterique principes christiani deberent adhibere remedium in predictis cum effectu cum imperatores et alij domini antiquitus non permiserunt eos viuere inter nos nisi vt de morte christo ihesu illata mundo testimonium perhiberent quod in captiuitatem eos detulit sempiternam vt supra patuit. i. articulo. Et vt verum testimonium esset debuissent vti legis auctoritate deutro. xxiij. quando moyses eis maledictiones donauit dicens. seruies inimico tuo quem immittet dominus tibi in fame et siti. et nuditate et omni penuria et imponet iugum ferreum super ceruicem tuam donec te conterat. sequitur. et erit vita tua quasi pendens ante te. timebis nocte et die et non credes vite tue. mane dices quis mihi det vesperum: et vespere quis mihi det mane, propter cordis tui formidinem qua terreberis et propter ea que tuis videbis oculis quare videtur quod non est intentionis legis prophetice istius sic eos viuere absolute. Nam tanta libertas eis incentiuum prebet rebellandi. et est causa quare a regno nunquam plaga discedat sicut scriptum est deutro. xxij. Incrassatus est dilectus et recalcitrauit. Incrassatus impinguatus dilatatus dereliquit deum factorem suum et recessit a deo salutari suo.

De iudeorum conuersione in fine seculi.

Duodecima consideratio et vltima huius tercij libri est de iudeorum conuersione in fine seculi a sua duritia. nempe deus iusto iudicio omnia disponens licet iudeorum gentem suis exigentibus culpis longo tempore permiserit perditari inuoluti cecitati et criminibus tabhorrendis vt supra in libro isto latissime declaratum est. in fine tamen seculi qui relicti fuerint non peribunt. Et vt explicem conceptum meum hec consideratio. viij. explicabitur punctis. Primus erit quare iudeorum communitas non conuertitur ad fidem christi. Secundus si aliqui eorum voluerint conuerti vtrum sint recipiendi. Tercius quis modus debet teneri in receptione iudeorum ad fidem Quartus an iudei sint compellendi ad recipiendum fidem christi. Quintus qua pena sint feriendi conuersi iudei redeuntes ad iudaismum Sextus quando recipiunt antichristum et decipientur ab eo. Septimus quando cognoscent se deceptos et conuertentur ad viam veritatis ihesu christi domini nostri. Octauus erit an tempus antichristi quo iudei sunt conuertendi possit determinate cognosci et de signis temporis eius aduentus.

Quare iudeorum communitas non conuertitur ad fidem christi.

Primus istius considerationis punctus est quare iudei in presenti tempore non conuertuntur ad fidem ihesu

xp̄i. Respondetur ꝙ ad hoc possunt .iiij. assignari cause satis efficaces. Prima est in cõsideratio veritatis aduentus xp̄i. Pro cui⁹ intellectu notandum ꝙ in libris thalmuth considerantur tres species materierũ. quaꝝ vna est placitorum siue causarum ciuilium et criminaliũ et de alijs de pendẽtib⁹ inter gentes eorum. et hec assimilantur legib⁹ imperatorum inter nos. Secũda species ē eoꝝ que vetantur vel licentiãtur in lege sicut sũt cibi et alia. et que sunt res munde et que immunde et de sacrificijs et orõibus et festiuitatibus et hec sunt inter eos sicut decreta int̃ nos. Tercia species materie est hystoriaruꝫ legis sicut creatõnis mũdi vt vite antiquoꝝ patrum et miraculorum in lege et de aduentu messie et conditionibus eius et de resurrectione mortuoruꝫ et de die iudicij. et de inferno et paradiso. et hanc particulam terciaꝫ vocant iudei algadoth. i. annunciationes: et singulare vocãt agada. i. annũciatio. Itẽ vocant ea idiasor idest glose morales. et singulare vocant imdias. Ex predicte annũciationes et glose morales non sunt omnes diuisim ab vna parte immo sunt disperse per diuersas partes libroruꝫ thalmuth intantuꝫ vt post septem vel octo lectiones veniet aliq̃ auctoritas predictarum annunciationũ. Cũ g̃ rabini scolarũ thalmuth legũt suas lectiones inquantum pertinent ad primas duas species materierum declarant illa optime cũ omnibus illis glosis et expositiõibus et innouatiõibus que possunt ad propositũ suũ applicare. Sed cum accedunt ad locum qui in aliquo tangit materiam terciã scꝫ annunciationũ. dimittunt illud et nolunt legere dicentes ꝙ est res de qua non exit aliquis fructus quod ipsi faciunt quia nõ est intentio eorum labore nec considerare nisi materias que sunt de pane lucrando pro quibus populus coruꝫ vulgaris honorant eos et dãt salarium. et hic modus obseruatur per om̃s rabinos in omnibus terris et in omnib⁹ tẽporibus et in omnibus scolis eoruꝫ. Et hec causa principalis obstinationis eoꝝ est qꝛ scꝫ non considerant nec vident ea que pertinent a predictam terciam specieꝫ et vulgaris eorum populus manet ignorãtia cecatus. Scd̃a causa est i conferẽtia auctoritatũ sacre scripture qꝛ dato quod aliquomõ cũ occurrit aliquid in lectiõib⁹ suis de tercia materia considerent nõ est mirũ si vna auctoritas vl̃ due vel tres non explicent ad plenũ veritatẽ salutis cum aliqñ videantur alique auctoritates vel obscure vel contrarie sed deberent illas scripturas ad inuicem conferre cũ omnibus ꝑphetijs tangentibus illam materiã et deberent videre glosas et trãslatões chaldaicas que facte fuerunt ꝑ duos doctores. qui inter eos pro magis autenticis habenť cum illi super easdem auctoritates loquanť et non est dubium quin statim illuminarentur a spũsancto si tales conferentias scripturatũ cum eoꝝ circunstantijs facerẽt vel viderent veritatem sole clarioreꝫ. Vñ augustin⁹ in libro octuaginta triũ questionũ. questiõe lxix. nõ potest inquit oriri error quin pallianť nomine xp̄iano nisi de scripturis non intellectis. et hoc ideo quia antecedentia et subsequentia non contulerunt. vnde ibideꝫ solet circunstãtia scripturarum illuminare sententiaꝫ. Unde hereses sunt orte per se legendo que conferendo repulse sunt quia conferentes diuersas sententias adduxerunt que ex se inuicem mutuo inueniri potuerunt. qualiter essent intelligende: et hoc modo meruerunt cognoscere veritatem et venire ad viaꝫ salutis. Venerabilis petr⁹ alfõsi et magister alfonsus et magister iohãnes et hieronym⁹ de sancta fide de quib⁹ sepe facta est mẽtio in isto volumine qui solẽnia opera fecerunt recognoscentes veritatem fidei catholice. et errorem in quo fuerant inuoluti. Tercia causa que impedit conuersionẽ aliquorũ iudeoruꝫ est inordinat⁹ amor ad vxores et filios et parentes. Unde expertus sum in hoc casu cum venerit ad me quidem de sapientioribus iudeis istius regni qui mecum conferens de secretis legis. affirmauit se veraciter credere fidem xp̄i. et ꝙ ad hoc inductus erat diligenti studio scripturarum non solum biblie sed etiam thalmuth et phõrũ. Cũq3 ab eo quererẽ quare non efficiabať xp̄ianus. Respondit ꝙ immo summe desiderabat h̃ implere. Sed quia habebat patrem qui euꝫ tenerrime diligebat cogitans ꝙ cum sciret ꝑ tristicia moreretur. Dixit ꝙ non vincere poterat seipsum nisi facere cum consensu patris. Dicebat etiam ꝙ non erat alius modus vt predictum consensum posset habere nisi ꝙ ego tenerem modum cum rege vt ipse caperetur. et poneretur in carcere et inde scriberet

patri suo quod esset necesse quod efficeretur xpianus quia aliter non posset euadere morte. Mihi autem non placuit hic modus palliatus me dantis in lege xpi quia quicquid ipse haberet in corde de veritate fidei. populus acclamaret ipsum non fuisse factum xpianum voluntarie sed compulsus carceribus et timore mortis quod non est honestum in lege xpiane: quia pro veritate huius legis recipienda relinquere debet quisque patrem et matrem vxorem et filios fratres et sorores et agros vt centuplum accipiat et vitam eternam possideat. Durauit collocutio predicta inter me et predictum iudeum fere per quattuor annos nec adhuc est factus xpianus durante in eo impedimento predicto amoris paterni inordinati. Non minus etiam detinet eorum animos ne conuertantur. cupiditas inordinata diuitiarum per vsuras cum hec sit pinguis quedam acquisitio diuitiarum sine labore. Unde dicitur in thalmuth quod quedam domina dixit vni rabino qui vidit quod erat pulcher et gratiosus. Similis est facies tua habenti gregem porcorum vel comprestanti pecuniam suam ad vsuram. Quarta causa que impedit conuersionem iudeorum est inclinatio magna ad opiniones et constitutiones et cerimonias et consuetudines quas habuerunt et habent in thalmuth. In quibus toto tempore vite sue fuerunt nutriti. Unde per duo exempla hoc ostenditur de iudeis ad litteram hiere. xiij. Primum exemplum est de nigredine ethiopis. Unde dicitur in tex. Si mutare potest ethiops pellem suam quasi dicat non potest mutare nigredinem suam. Secundum exemplum est de pardo qui non potest mutare varietatem pellis sue. Unde dicit aut pardus varietates suas quia vtrumque predictorum est a natura: sic est de iudeis quod non possunt reuerti ad bonum propter consuetudinem ad malum quia consuetudo est quedam natura vt dicit philosophus in libro de memoria et reminiscentia. Sciendum tamen quod hec similitudo non tenet simpliciter sed tantum secundum quid. Illa enim natura que est causa nigredinis ethiopis in nullo subiacet imperio rationis. et ideo ethiops non potest illam immutare quantumcumque conetur ad hoc. sed habitus ex consuetudine peccandi generatus et per modum nature inclinans ad malum causatur ex inclinatione appetitus sensitiui qui natus est obedire rationi. Et ideo per conatum liberi arbitrij ad oppositum potest reuerti ad bonum in cum difficultate propter habitum inclinantem ad oppositum. et hoc dicitur impossibile secundum quod ponit dicitur. v. metaphisice. vno modo dicitur impossibile quod vix potest fieri aut cum difficultate. In exemplis autem positis de ethiope et pardo est impossibile simpliciter secundum naturam. tamen deo non est impossibile. verba sunt nicolai de lyra in predicto passu et in veritate magna virtus cordis est necessaria vt possit homo declinare ab hiis in quibus a puericia fuit nutritus cum illa doctrina que a teneris annis est inbibita sit diuturna nec omnes homines sunt sufficientes violentare proprias voluntates vt similia dimittant nisi solum illi quibus deus fecit tantam gratiam vt contemnerent gaudia et bona temporalia cum nihil sint in comparatione bonorum spiritualium et amplexentur veram spem saluationis animarum suarum. et boni finalis eterne beatitudinis earum. sicut promittitur venienti ad xpm ysa. lviij. Et requiem dabit tibi dominus deus tuus semper. Et implebit splendoribus animam tuam et ossa tua liberabit et eris quasi hortus irriguus. et sicut fons aquarum cuius non deficient aque. sic et xps ait Mat. xi. Regnum celorum vim patitur et violenti rapiunt illud. Et iohannis. vi. Nemo potest venire ad me. nisi pater meus qui misit me traxerit eum.

Utrum iudei volentes conuerti sint ad fidem recipiendi.

Secundus punctus est Utrum sint recipiendi iudei qui volunt ad fidem xpi conuerti hoc dico quia multi eorum fuerunt et sunt ita mali quod multa damna faciunt in ecclesiam dei. Uerumtamen facta diligenti examinatione de modo aduentus eorum non sunt repellendi ex quo volunt intrare sub alis fidei xpiane et licet non faciant bona intentione sed propter lucrum temporale tales baptizati sunt et recipiunt sacramentum licet non rem sacramenti que est gratia. tales prope saluationem sunt cum pietate dei plus quam illi qui non intrauerunt. nec venit eis ad voluntatem vt sub illo intrarent. Et propter hoc dixerunt sapientes israel quod semper debet homo laborare in lege licet non faciat bona intentione: quia ex hoc poterit venire ad bonam intentionem. Et sic iudei taliter venientes poterunt venire ad rectam intentionem fidei cum dei adiutorio vel ex vsu quo exercitabuntur in ea. vel quia deus faciet eis aliqua signa vt sic eum cognoscant in suis operibus vel quia dabit eis aliquas tribulationes vt corrigantur et redeant ad bonum vel quia addiscent ex hoc et similibus libris que ostendunt radices fidei ihesu

christi veri messie diligenter in eis studendō vel ex eo ꝙ informabuntur cōtinue a predicatoribus euangelicis fidem xp̄i nunciantibus: et si tales infelices fuerint indurati intrinsecus iudaica perfidia. habebūt forte eorum filij vel nepotes seu alij qui ex eis procedent cognitionē huius catholice veritatis et saluabuntur:

Quis sit seruandi modus iudeos ad fidem christi recipiendo.

Ercius pūctus est scire quis mod⁹ debet teneri in receptione iudeoruꝫ venire volentium ad fidem xp̄i ne quantum possibile fuerit detur occasio malorum que sentimus a sp̄ūsancto modus ordinat⁹ est a quo qꝛ vt cōmuniter deuiant recipiētes non est mirandum si taliter receptos non expectamur veros esse xp̄ianos et ideo recipiēdi sunt cuꝫ multa deliberatione ne ad vomituꝫ redeant et modus ponitur in decretis de conse. di. iiij. iudei. vbi sic habetur. Judei quorum perfidia frequenter ad vomitum redit si ad leges catholicas venire voluerint per octo menses inter cathecuminas ecclesie limē introeant. et si pura fide venire noscuntur tunc demum baptismi gratiam mereant̄ quia si casu alio periculuꝫ infirmitatis intra prescriptum tempus incurrerint et desperati fuerint baptizentur. Et si queras an debeat talis iudeus aliquam abstinentiam facere vel etiam dies quem signa ad sacrum cōferendum. Respondetur ꝙ vtrūqꝫ debet fieri vt patet de conse. di. iiij. ne quod absit. vbi sic dicitur. Ne qd̄ absit lōga dilatio retro possit animas iudeoruꝫ reuocare fratri nostro ep̄o loci illius loquere vt penitentia ac abstinentia. xl. dieruꝫ indita aut die dominica. Aut si celeberrima festiuitas occurrit eos omnipotētis dei misericordia protegēte baptizes Sic ergo patet ꝙ iudei in die dominica vel aliqua solenni die dn̄i baptizari. Sꝫ nunquid iude⁹ qui est seruus xp̄iani si baptizet̄ fiet liber. Respondet̄ ꝙ non: scd̄ꝫ Ray. sed remanet seruus qꝛ seruitus introducta est de iure diuino. di. xxv. dic. vi. et per ius gentium et iure canonico confirmatum. xij. q. ij. ecclesiā cōcordat goffridus et hostien. Addit Ray. ꝙ vbi de bona consuetudine non solent eē christiani serui consulerem ꝙ dominus in remissionem peccatorum manu mitteret eum vel saltem ꝙ pecunia mendicata. vel seruitio ad tempus prestito secunduꝫ arbitriū boni viri redimeret se. xij. q. ij. Cum redemptor.

Utrꝫ liceat iudeos ad baptismū cōpellere

Quartus punctus est si iudei sint conpellēdi ad recipiēduꝫ baptismū hic sunt duo vidēda. Primū est de paruulis iudeoꝝ. et scd̄m de adultis iudeis Ad primum rn̄det scūs Thomas in scd̄a scd̄e. q. iiij. ꝙ non licet inuitis parentibus. Sed qn̄ ad annos discretōnis peruenerint possūt fidē suscipere etiam parentibus inuitis. Cōcordat guilhel. dicens ꝙ nec licet nutri cibo oculte baptizare paruulos iudeoꝝ. Si tamen in articulo mortis paruuloꝝ hec facerēt nō credo ꝙ peccarēt. Doctor vero subtilis scotus in iiij. di. v. dicit ꝙ pueri iudeorum possunt auferri parentibus inuitis et baptizari et hoc per principes legislatores. quia legislatores possunt ordinare ad salutem vniuscuiusqꝫ subditi velit nolit. Jta pōt princeps eccl'ie. v. g. Si respublica indigeret bellatorib⁹ et iudei filios suos taliter differrēt ꝙ essēt inepti ad bellandum. tūc princeps posset eos auferre a parentib⁹ et ipsis inuitis posset eos facere nutriri et instrui ad bellandū ita videt̄ in proposito. Alij dicunt ꝙ nō debet fieri qꝛ eccl'ia tenet oppositū sed hoc nihil ē quia quotidie possunt ab ecclesia noua institui p̄ salute cōmuni. Alij dicunt ꝙ nō debet fieri propter prophetiam ysaie. quia reliquie israel salue fient sed hoc nō obstat quia homo pōt intelligi de fidelib⁹ vel quia etiam possunt aliqui in aliqua insula saluari. Ad scd̄m scilicet de iudeis adultis vtrū sint cōpellendi ad fidem suscipiendam. hic dicit supradict⁹ doctor scotus vbi supra ꝙ omnes deberēt compelli ad fidem quia melius est cōpelli ad bene agendum ꝙ̄ male agere impune sicut ipsi agunt

Qua pena feriendi sint iudei conuersi et ad propria instituta redeuntes.

Quintus punctus est qua pena sunt feriēdi iudei conuersi redeūtes ad vomitū iudaismi. et licet supradictū

sit de pena qua ferri debent a iure. nũc libet
hic explicare duo. Primo qua pena sint fe/
riẽdi ex lege regni. Scd'o qua pena sint ferẽ
di ex lege regni per eos instituta. Circa pri/
mum notandũ. q in hoc regno castelle ẽ li
ber quidaʒ antiquoꝝ regũ gotthoꝝ que lin
gua nostra dicitur el. furo. iuzgo. vbi libro.
xij. ti. ij. c. xvij. ad literam predictoruʒ pena
ponitur vt sequit̃ sicut xp̃iani debẽt cõqueri
de illorũ malis q̇ veniũt ɔtra sctãm fidẽ ihu
xp̃i. Ita debent tenere tales modos q nul/
lus homo possit habere veniam qui dimit/
tit melius ꝓpositum et redit ad peiꝰ. Et q̃
audatia crudelior et mirabilior debet habe
re crudeliorem penã et maius tormentum.
Ideo statuimus hanc legẽ. q omnis xp̃ia/
nus et maxime illi qui nati sunt de xp̃ianis
siue sit vir siue mulier. qui inuentus fuerit q
circumcidat̃ vel q habeat mores iudeorum
vel qui sit inuẽtus decetero q deus nõ mã
det redire ad iudaismũ. recipiat mortẽ a xp̃i
anis vl' a nobis et sic punitus crudelissimis
penis vt intelligant quantũ est exosum et ex
cõmunicatũ malum quod fecit. et oĩa bona
sua habeat rex taliter q heredes nec propo/
siti taliũ ꝑsonarũ non cõsentiant in tali erro
re. hec ibi. Scd'o declarat̃ qua pena sũt ferẽ/
di ex lege ꝑ ipsomet iudeos instituta. Vnd'
in supradicto libro. xij. ti. ij. c. xvij. scribit̃. cõ
stitutio quedam siue lex. quã iudei toletani
miserunt regi Sisyndo cuius tenor talis est
Noster domine potentissime ac honoratissi
me rex Sisyndo nos omnes iudei ciuitatis
toletane qui subscribere habemꝰ vel facere
signa infra in hac lege salutes nos recorda/
mur q bene et iuridice alio tempore nos cõ
pellabatis q faceremus fedus et scriptũ ex
precepto regis tulai qui iaʒ transiuit q oẽs
deberemꝰ obseruare et tenere fidẽ xp̃ianoꝝ
et sic nos omnes fecimus. Sed quia obsti/
natio nostre duricici et ãtiquitas erroris pa
trum nostrorum nos impedit ne credamus
in dño nostro ihesu xp̃o veraciter nec tenea/
mus fidem xp̃ianoꝝ firmiter. Ideo nũc spõ
te et voluntarie respondemus vestre altitu/
dini sic pro nobis sicut pro nostris vxoribꝰ
et pro filijs nostris per hũc nostrũ scriptũ q
decetero non faciemus aliquã cõsuetudinẽ
iudeorum: iudeis. qui noluerint baptizari
nec habemꝰ aliquã societatẽ cũ eis vllo mõ
non cõtrahemus matrimonia cum aliq̃ nri
generis vsq; ad sextũ gradũ. non faciemꝰ in
cestum cũ alqua muliere nostri generis nec
nos nec nostri filij nec nostraq; generatio. s;
tam viri q̃ femine decetero matrimonia cõ
trahemus cum xp̃ianis non faciemus circũ
cisionem nostre carnis. non obseruabimus
pascha nec sabbata sicut solebant obseruare
ceteri iudei nec alias festiuitates. non ꝑpara
bimus cibos secũdũ eoꝝ consuetudineʒ nõ
faciemus aliquã rem quaʒ hñt alij iudei in
vsu et consuetudine nec quomõ ipsi viuũt s;
omnes credimus cum munda fide et cũ ma
gna voluntate et cũ magna deuotõne ihesu
xp̃i filij dei viui scd'ʒ q euangelia et aposto
li mandant. Et illum confitemur et honora
mus omnes tenemus hãc sanctã legẽ xp̃ia/
norum veraciter tam in diebus festiuitatuʒ
q̃ in matrimonijs et cibis et in omibꝰ alijs
moribus nec dolũ aliquẽ nec aliquã rõnem
tenemꝰ contra eã ex nostra parte vt non im/
pleamus et faciamus omnia que ꝓmisimꝰ
De carnibus porci ꝓmittimꝰ obseruare q si
nõ poterimꝰ comedere q̃ nõ habemus eas
in cõsuetudine semꝑ tñ oĩa que cũ eis cocta
fuerit comedemꝰ sine tedio et sine oĩ nausia
Et si aliq̃s de nobis inuentꝰ fuerit q̇ faciet
ɔtra ea que supradicta sũt vel ɔtra minimũ
eoꝝ vel q ausus sit aliqua facere ɔtra fidem
xp̃ianã. vel si moram fecerimꝰ in faciẽdo ea
que promittimus verbo seu facto iuramus
per illum met. patrem et filium et spiritũ san
ctum. qui est vnus deus et trinus q q̃; quẽ/
cunq; omnium qui inuentꝰ fuerit transisse ꝑ
dicta vel aliquid eoꝝ q nos eum combure
mus vel lapidabimꝰ. Et si forte pietas vr̃a
voluerit eius saluare vitã statim sit factꝰ ser
uus et q detis ipsuʒ et omnia bona sua cui
volueritis pro semper. vel q faciatis de eo
et de bonis suis q volueritis. non soluʒ q̃d
habetis potestatem regis sed quia vobis cõ
cedimus per hunc nostrum scriptuʒ. et istud
fedus et scriptum fuit factum transactis. xij.
diebꝰ kaleñ. marcij i. vi. ãno quo vos regna
stis hec ibi. Ecce vidimus qua pena feriendi
sunt iudei redeuntes ad iudaicas cerimoni
as vel ad instituta eorum non solum ex lege
regia sed etiam ex lege per eos statuta. que
non minus debent obligare iudeos aliarũ
ciuitatum et locorum totius regni q̃ iude/
os ciuitatis toletane. cum illa imperialis
ciuitas ab antiquo nominetur nec maioris

conditionis sunt alij iudei alibi conuersi q̄
toletani. Credo q̄ si vera fieret inquisitio p̄
sertim isto tempore q̄ innumerabiles igni-
bus traderentur de his qui iudaizare realit̄
inuenirentur. qui si hic nō puniatur crudeli⁹
q̄ publici iudei eternis ignib⁹ cremabunt̄.

Quō iudei recepturi sunt antixp̄m.

Sextus pūctus est videri quomodo
iudei recipient antixp̄m et decipien
tur ab eo. Erit eñ antixp̄s scōꝫ san
ctos nequissim⁹ q̇ nascet̄ in babylone siue
generabitur de tribu dā. Vñ sup illud gen.
xlix. via dan coluber in via. Beatus ysidor⁹
supra pentateucū dicit q̄ hoc intelligenduꝫ
de antixp̄o et ꝓpterea illa tribus nō annu-
merat̄ in numero signatorum Apo. vij. sup
quo dicit Beda. q̄ dan. p̄termisit qꝛ de illa
tribu nascitur⁹ est antixp̄s. cuius aduentus
vt ait ap̄lus. erit scōꝫ operatiōeꝫ sathane qꝛ
totum faciet instigante dyabolo qui illū pos
sidebit atꝫ cogante. nec tñ ita possidebit cuꝫ
ex toto vt veniatur ei sicut humanitati diui
nitas in xp̄o. nec ita vexabit eum vt careat ra
tionis iudicio alioquin non imputaretur ei
quicquid ageret sicut furibundo. Comestor
quidem dicit q̄ a principio conceptionis il
lius dyabolus in vtero matris eius descen-
det cuius virtute deinceps aletur puer et nas
cetur et adolesceꝫ. Sed dicunt alij et forte me
lius et verius q̄ more ceteroruꝫ hoim a die
conceptionis sue habebit angeluꝫ sui custo
dem vsq̄ ad annum discretionis tunc extol
letur super omne quod dicitur esse de⁹ et an
geloruꝫ presidio penitus deserto occupabit
eum dyabolus qui ideo tunc soluendus di
citur. quia totam potestatem suam antiquā
sibi relaxatam per illum exercet et pro volū
tate sua inclinabit eum ad malum sicut pos
sessor ad libitū suum trahit iumentum et in
cunctis malis artibus instruet euꝫ. Cū ergo
venerit iste ipi⁹ āxp̄s filij israel q̇ ab alexā
dro inter montes Caspios in plaga septē-
trionali super occianū vbi nunc est finis im
perij magni. canis int̄ duo castra dicta gutb
et magutb fuerunt inclusi vt refert magister
hystoriaꝝ et scōm iosephū facto terre motu
in ꝯspectu principis mōtib⁹ cadētib⁹ sup mō
tes ibidē ꝑtim mōtib⁹ ꝑtim muro indissolu
bili et portis ferreis obserati q̇ adhuc ibi di-
cuntur esse incantati. nudi incēdentes carni
bus crudis et arborū fructibus viuunt et in
maximo numero consistunt intm̄ vt secūdū
aliquos posset. xxiiij. regna implere. q̇ etiaꝫ
quadam celesti virtute et montium portarū
et murorū firmitate et īperatoris de catayo
scꝫ magni Canis vel regine Amosonū mi-
litia obserati exire nequeunt. excepto dūta-
xat quia pro monstro ip̄e magnus canis ali
quos de eis qñq̄ portis apertis extrahit et
mirabili gratia in exercitu suo secum ponit.
Isti p̄dicto antixp̄o adiungent̄ virtute quo
rum regnabit et erit monarcha potentissim⁹
Et congregatis alijs iudeis qui sunt per or
bem dispersi veniens hierosolimā circuina-
det se dicens iudeis se esse xp̄m ipsis in lege
promissum xp̄m vero nostruꝫ fuisse decepto
rem et magū. omnes itaq̄ iudei accedentes
et ei adherentes confluent ad ipsum. qꝛ ipsi
nimio desiderio feruent de aduentu messie
per quem expectant a captiuitate liberari de
cepti signis et alecti promissis. et quia vide-
bunt eū omni prosperitate et gloria clarésce-
re regesq̄ subiugare. Ideo illi lōgo excecati
errore eum tanq̄ verum messiam suum reci
pient et vt deuꝫ colent. et tanq̄ rex et dñs ab
ipsis metuetur. Et propterea apostolus. ij.
ad Thes. ij. vocat eum hominē peccati. filiū
perditiōis qui aduersatur et extollit̄ supra
omne qd̄ dicit̄ deus. Aut q̄ colit̄ ita vt in
templo dei ip̄e sedeat quod edificabit in ihe
rusalem scōm quosdā vel vt verius loquar
scōm alios ipse se dicet templuꝫ dei: ondēs
se tanq̄ ipse deus sit. hoc est q̄ dicit beatus
Aug. xx. de ci. dei. ca. xix. q̄ illud q̄ nos ha
bemus de antixp̄o in templo dei sedeat. gre
ci habent in templū dei sedeat: tanq̄ inquit
aug. ip̄e sit tēplū dei. i. ecclesia. ex quo dicto
accipit̄ argumētū q̄ ātixp̄s erit fali⁹ xp̄ian⁹
et finget se viꝝ ecclesiasticū accōmolat⁹ no-
cēdū qꝛ in tēplū di. i. ī modū ecclie. ait aug.
hoc idem vult frāciscus de maronis in. iiij. di.
xlviij. q. ij. allegās aug. vbi s̄. ip̄e etiā vt fa-
ali⁹ xp̄ianos et iudeos ad ritū suū attrahit.
diē dñicū in fauorē xp̄ianoꝝ. et diē sabbati
in fauorē iudeoꝝ faciet custodiri vt ꝑꝫ in de-
cretis de cōse. di. iij. ꝑuenit. Sic ḡ pꝫ quō iu
dei decipient̄ ab antixp̄o et quō recipiēt euꝫ
vt messiā suū et colent.

Quomodo cognoscent se per antichristū
deceptos.

Septimus punct⁹ est scire quō iudei cognoscent se deceptos per antixp̄z et quomodo cōuertentur finaliter ad fidem catholicam. Notandū ergo ꝙ postꝙ iudei receperunt antixp̄m tanquā messiam suum decepti ex his que dicta sūt in p̄cedēti pūcto tunc mittet deus ad eorum et aliorum multorum conuersionem helyam et enoch q̄ erit inter occultum aduentum antichristi qui est per natiuitatem et manifestum eius aduentum qui est per predicationem et apertā persecutionem. Tunc ergo predicti helyas et enoch qui viui adhuc in paradiso terrestri reseruantur venient et manifeste se ostēdēt in hierusalem et incipiēt publice predicare ꝯtra antichristum destruentes eius ꝓcessuz et declarantes manifeste ei⁹ deceptiones et astutias dyabolicas. Ipsumqꝫ corā omni pplo arguent mendacem et fallacem ostendent. et aperient thezauros absconditos iudeis de veritate salutis fidei ihesu christi: et sic vt dicitur Malachie vltimo. Conuertēt corda patrum in filios. Glosa ad instructionez posteriorum de fide saluatoris in quem et ipsi crediderunt et corda filiorum ad patres eorum glosa. qui percipient fidem quam illi habuerunt. Unde iudei et christiani pari religiōe tunc in christum consentient. Sic ergo iudei cognoscentes se fuisse deceptos in christum credent pro ipso mori parati erunt vt dicit Methodius capitulo. xliiij. milia virorū ex omni tribu israel pro christo interfecti. De p̄dicatione autem helye et enoch et facta conuersione eorum scribitur Apoca. xi. Dabo duobus testibus meis scꝫ helye et enoch et prophetabunt idest predicabunt dieb⁹ mille ducētis sexaginta. glosa idest trib⁹ annis sicut ipse christus predicauit. amicti saccis. i. predicantes penitentiam et exemplum ostēdentes. hi sunt due oliue idest spiritu sancto vncti et duo candelabra idest lumen dentes alijs. Tunc videns antichristus se cōfusum et ꝙ detecta est eius malicia exibit in publicam persecutionē et occidet eos in hierusalē et iacebunt corpora eorum in plateis tribus diebus et tribus noctibus et dimidio quia nullus audebit sepelire corpora eorū metu antichristi. vt quicunqꝫ viderint timeant eis confirmari. Occisores autez eorum leti erūt propter mortem eorum. Sed post tres dies et dimidium resurgent et occisores audient voces angelorum dicentiū helyas et enoch attendite huc et ipsis videntibus ascendent in celum in nube et istud multum confirmabit iudeos conuersos ad fidem christi p̄ eos Sed et amplius confirmabuntur per mortē antixp̄i qui secunduz ꝙ dicit glosa sup apostolum tribus annis et dimidio regnabit. Unde danielis. xij. Jurauit angelus per viuentem in eternuz ꝙ in tempus scilicet vni⁹ anni. et tempora scꝫ duorum annoruz. et dimidium temporis. i. dimidij anni scꝫ regnabit antichristus. et ideo dicit glo. ꝙ hoc spacio dicitur desolatio duratura sub ātichristo Quare autem ita modicum regnabit declaratur a christo Mathei. xxiiij. vbi dicitur ꝙ nisi breuitati fuissent dies illi non fuissꝫ salua omnis caro. super quo dicit glosa ꝙ hec tribulatio quanto ceteris grauior tanto erit breuitate mediocrior. Et gregorius qr enīz et superb⁹ et infirm⁹ aspiciat eos dies quos singulariter mal⁹ intulit misericorditer breuiabit. In fine vero predicti temporis collocabit papilionem et solium suuz antichristus in monte oliueti. Et tunc dominus nr̄ ihesus xp̄s: vt ait Ambrosius ostendet se ei et interficiet eum spiritus oris sui idest virtute precepti sui. Ipso nanqꝫ ihesu clamāte in aere morietur antichristus per michaelez vt dicitur fulminatus. maxima quoqꝫ pars suorum vt legitur a michaele interficietur et hoc viso erit finalis et totalis conuersio siue confirmatio conuersionis iudeorum ad fidem christi. Et si queras vtrum occiso antichristo statim christus veniet ad iudicium dico ꝙ non sed secundum glo. danielis. xi. concedentur. xl. dies ad refrigerium sanctorum et penitentiam subuersorum. Quantuz autem sit spacium inter istos quadraginta dies et finem mundi nemo scit. Sꝫ quid fiet de ministris antichristi qui remanserūt post eius mortem dicitur ꝙ gaudebunt ducētes vxores et dicentes lꝫ priceps nr̄ mort⁹ sit tamen habemus pacem et prosperitatez. et cū talia dixerint repentinus super eos veniet interitus. et extunc ecclesia vsqꝫ ad finem mundi conquiescet pacificata. quia extunc fraudulentia et seuicia dyaboli cessabunt. Uisum est ergo quomodo iudei cognoscent se deceptos et quomodo conuertentur finaliter ad fidem ihesu christi. Sed dicet aliquis nunquid hec finalis iudeorū cōuersio fuit a

ꝓphetis prenunciata dico ꝙ sic. Et primo
hec p̄nunciauit ysaias in.c.x.vbi sic habetur
si fuerit populus tu⁹ israel sicut arena maris
reliquie conuertent̄ ex eo.super quo dicit tar
gū. Si fuerit ppl's tuus israel multus sicut
arena maris residuū ꝙ neq; peccauit vel ꝙ
penituerit de peccato conuertet̄.glosa rabi.
Etiam si fuerit israel sicut arena maris pre
multitudine ego ꝯflabo eos vt argentum et
redigentur in modicum residuuz. Residuū
vero illius modicum conuertet̄ ad bonum.
Causa vero conuersionis in fine mundi po
nitur in pereth beleus.c. Causa vero cōuer/
sionis scriptum est abacuck.ij.qm̄ adhuc vi
sio ad terminum et loquetur ad finem et nō
mentietur si tardauerit rex scz messias expe/
cta euz quia veniens veniet et non tardabit.
Et forte dices ꝙ nos sumus expectātes et
ipse non immo sicut dictum est ysaie.xxx.ꝓ/
pterea expectet dn̄s vt misereatur vestri. ex
quo igitur ipse est spectans et nos sumus ex
pectātes qui retardat regula iudicij est retar
dans nos cur expectamus ad recipiēdū mer
cedem sicut dictū est ysa.xxx.Beati oēs qui
spectent eū.dicit rabi.Cōsummati sunt oēs
termini vel fines et non pendet res nisi in pe
nitentia et in bonis operibus Rabi elyazar
dicit si israel fecerint penitētiaz rediment̄. si
aūt nō.non rediment̄.sed deus sanct⁹ et bn̄
dictus cōstituet eis regē cuius statuta erunt
durissima sicut aman et reducet eos ad bo/
num huc vsq; talmuth transumptiue in pu/
gione in parte finali.c.vlti. Secundo intro/
ducitur osee ꝓpheta qui in ca.iij.scd̄m expo
sitionem magistri Nicolai de lyra declarat
duo. scz statuz iudeorū ab ascensione xp̄i vs
q; ad finem seculi et eo⁊ conuersionē finalē
De primo dicit dies multos expectabis me
hoc dicit in signum ꝙ plebs iudaica specta
ret messiaz et adhuc spectat nō fornicaberis
hoc dicit q2 non seruiūt ydolis et nō eris cū
viro.i.cū xp̄o a quo est mō sepata ꝓpter suā
incredulitatē.hic ē ille vir de quo dicit̄ hier.
xxxi. Femina circūdabit viruz gremio vteri
sui sequit̄ sz ego expectabo te.loquit̄ in ꝑso
na dei q̇ expectat iudeorū finalē ꝯuersionez
ꝯsequēter hec d̄clarat ꝑ ꝓdigiale factū dicēs
quia multos quasi dicat factum predictum
designat ꝙ dies multos sedebunt.i.mane/
bunt filij israel sine rege.i.sine pricipe sic vi/
demus ꝙ nō hn̄t de se regem nec principē s

alienis regibus et pricipibus seruiūt et sine
sacrificio.i.sine altari quia nō possunt sacri/
ficare extra ihrl'z a qua sunt expulsi et tēplū
destructuz et sine ephot.i.sine veste sacerdo
tali quia sublatis sacrificijs cessat vs⁹ vestis
et sine serephin idest imaginibus in quib⁹
demones solent dare responsa apud iudeos
non sunt talia ecce iudeorum status ab ascē
sione domini vsq; ad finem. Sequitur scd̄m
scz iudeorum finalis conuersio et post hec.i.
post iudeoruz abiectionem et execationez re
uertentur filij israhel scz ab errore suo.et que
rent dn̄m deum suum scz deuote et dd̄.i.dei
filiū ihesum xp̄m et ꝙ sic debeat intelligi pz
per translationem chaldaicā apud hebreos
autenticum que sic habet.post hec reuertent̄
filij israel et querent cultū dei sui et obedient
messie filio dauid regi suo. Sequit̄ in textu
et pauebunt ad dominū scz ipsum reueren/
do et ad bonum eius scz timendo declinare
ab eo quod bonum est in oculis ipsi⁹ et sub
ditur tempus in nouissimo dieruz.i.circa fi
nem mundi implebit̄ istud Patet ergo quō
finalis conuersio iudeorum fuit a ꝓphetis
p̄nunciata ac etiam inter mediū tempus.

Utrū certis iudicijs et quib⁹ antichristi
cognosci potest aduentus.

Octauus et vltimus pūctus huius
considerationis vltime tercij libri ē
an tempus antixp̄i quo iudei sunt
conuertendi potest determinate cognosci.
Respondetur ꝙ presumptuosum est hmōi
viatori quocūq; modo hec velle inuestigare
cum ipsa suprema veritas hec voluerit nos
nescire q̄d beatus aug⁹.xviij.de ci.dei.c.lij.
declarans dicit de antichristi tempore quō
erit importune omnino queritur si etiaz no
bis hoc voce prodesset.a quo melius quam
ab ipso deo magistro interrogantibus disci
pulis diceretur non enim siluerūt inde apd̄
cum sed a presente quesierunt dicentes: do/
mine si in tempore hoc restitues regnum is/
rael. At ille non est inquit vestrum nosse tē
pora vel momenta que pater posuit in sua
potestate. non vtiq; illi de hora die vel an
no sed de tempore interrogauerunt quomō
istd̄ accipe rn̄sū.frustra igit̄ ānosq; remanēt

huic seculo cõputare vel diffinire conamur. cum hoc scire non esse nostrum ab ore veritatis audiamus. quos tamen alij quadringentos. Alij etiam mille ab ascensione dñi vsq ad eius vltimum aduentum compleri posse dixerunt. quemadmodũ autẽ quisq eorum astruat opinionem suam longum est demonstrare et non necessarium. coniecturis quippe vtuntur humanis non ab eis aliqd certum de scripture canonice auctoritate pfertur. Omniũ enim de hac re calculantiũ digitos resoluit et quiescere iubet ille qui dicit non est vestrum nosse tempora vel momẽta hec ille. Huic sententie Augu. concordat falsitas eorum qui tempus certum determinauerunt cum tam supradicti q etiam alij de quorum numero fuit arnaldus de villa noua qui in tractatu quẽ fecit de fine seculi determinat q antixps erit venturus in quarto decimo centenario a natiuitate xpi. et patet q sumus iam vltra per. lxxxv. annos. Quidam etiam alius magnus predicator per orbem discurrens circa annum dñi. M. cccc. x. in sermone. Ecce hic positus est in ruinã declarauit tempore suo iam natũ esse antixpm per plures visiones et exempla cuius oppositum patet. Unus alius parisiñ. conclusionem posuit affirmatiuam q anno dñi. M. ccc. viij. et dimidio debebat apparere et publicari mundo et anno domini Millesimo ccc. lxxviij. et dimidio erat nasciturus. patet manifeste in assignatione temporis aduẽt' antichristi omnes istos defecisse et deficient quicunq alij presumpserint predictum tempus assignare. Sed dicet aliquis diligẽs scire licet tempus determinatum presumptuosum sit assignare. non tamen erit illicitum signa inquirere vt his cautiores reddantur fideles. Dico q verũ est non tamẽ inquiri debent talia signa curiositate sciẽdi. sz animo seipsum et alios edificandi in timore dei.

Sed nunquid aliqua talia inueniuntur certa propinqui eius aduent'. Dico q in sacra scriptura inueniuntur prenunciata nouem signa precipua propinquitatis aduentus antixpi. Primũ signum est tocius mũdi generalis pertubatio de quo Daniel pphetauit in capi. xij. veniet tempus quale nõ fuit ab illo tempore quo gentes ceperũt esse vsq ad tempus illud. quod exponens xps Math. xxiiij. dicit q erit tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi. et ibidem declarãdo que erunt iste tribulationes. dicit q surget gens contra gentem et regnum aduers' regnum. pestilentie et fames et terremotus erunt per loca. terroresq de celo etc. Secundum signum est scisma ecclesie crudelissimũ de quo dicit apostolus. ij. ad Thessalo. ij. Qui tenet nunc teneat donec de medio fiat: super quo beatus Augusti. xx. de ciui. dei. capitulo. xix. dicit quid dixerit scilicz apostolus me prorsus fateor ignorare. et ibi recitat augustinus multorum suspitiões circa istud quidem enim dicunt ipsum paulũ voluisse hoc dicere de romano imperio ad vitandũ calumniam. alij autem credunt neronẽ antixpm futurum et resurrecturum. Alij autẽ nondum mortuum sed occultatum donec suo tempore reueletur et restituatur in regnũ dicit tamen ibi Augustinus. q mira est sic opinantium temeritas. Sed istud dictũ difficile ibidem pertractans' dicit sic non absurde intelligitur qui tenet scz imperium teneat donec de medio fiat idest tollatur de medio per antixpm ipsum iperium. vel aliter inqt. donec de medio ecclesie exeat ministeriũ iniquitatis. quod scilicet nunc est occultũ. Ex prima aũt expositione accipit' argumentũ q antixps pugnabit contra romanũ imperiũ et tunc oportet q ille imperator sit fidelissimus qui resistit ei Ex secũda sequitur q malum illius persecutionis orietur ab ecclesia vt infra ipsam sit pri' pugna intestina. Has duas illationes ponit franciscus maronis in suis floribus de ciuita. dei capitulo quo supra. Et predicta malicia nihil aliud videtur esse nisi scisma grauissimum in ecclesia dei siue discessio a fide Istud est ergo signũ precipuũ quod debet preuenire antichristũ iuxta illud. ij. ad Thessa. ij. Nisi venerit discessio primum et reuelatus fuerit homo peccati filius perdictiõis etc. quod exponũt doctores de discessione a fide. q aũt sit istud signum manifestatiuum eius aduentus patz quia postq dixit. qui tenet nũc teneat donec de medio fiat statim subiungit et tunc reuelabitur ille iniquus. Tercium signum est multiplicatio viciorum de quo christus ait Mathei vicesimoquarto et quia abundabit iniquitas refrigescet charitas multorum et apostolus dicit. ij. ad Thimo. tercio cap. In nouissimis tẽporib' istabũt tẽpora piculosa et erũt oẽs seipos amãtes. cupidi elati

blasphemi. parantibus inobediētes. ingra
ti. scelesti. sine affectione sine pace. crimina-
tores incōtinentes. Immites sine benigni-
tate, proditores, protenui. tumidi. volupta-
tum amatores magis ꝙ dei. habentes spe-
ciem quidem pietatis. virtutē eius abnegā
tes. Quartum signum est neglectio siue con
temptus sane doctrine de quo. ij. ad Thi.
iiij. erit enim tempus cum sanam doctrinaꝫ
non sustinebunt sed ad sua desideria coaser
uabunt sibi magistros prurientes auribus
et a veritate quidem auditus auertent. ad fa
bulas autem conuertentur. Quintum signū
est perturbatio omnis prelature spiritualis
et terrenalis iurisditōis de quo Danie. iiij:
In tempore illo non erit princeps. neqꝫ pro
pheta neqꝫ dux in populo meo qui scilicet
obseruet veritatem vite iusticie et doctrine.
Sextum signum est vindicatio diuinalis ꝑ
flagellum et corectioneꝫ de quo Ezech. vij.
Venit tempus prope est dies occisiōis qui
emit non letetur et qui vendit non lugeat qꝛ
ira super omnem populuꝫ. Septimū signū
erit cessatio verbi diuini quo mentes obscu
re et tenebrose ad verum lumen gratie redu
cuntur, deuiantibus ostenditur salutis via
et errantibus manifesta fit semita veritatis.
hec omnia appropinquante tēpore antixp̄i
ob defectum diuini verbi de mentibus ho-
minum disperibunt sicut notat beatus ber-
nardus in suo euangelio eterno non in solo
pane viuit homo. Allegent illud apo. viij.
Et cum agnus aperuisset septimum sigillū
factum est silentium in celo quasi media ho
ra. Septimum nanqꝫ sigillum vt dicit septi
mū est iudicium in ecclesia dandū. quidnaꝫ
per celum nisi ecclesia dei exprimitur cuius
equidem multitudo per conuersationem ce
lestis esse deberet quid hoc silentium nisi de
fectio verbi dei. Nam et multi apparent ꝑ̄
dicare. verbum tamen dei adulterantes seip
sos predicant non dn̄m ihesum xp̄m. Sꝫ no
tāter hoc silentiū merito media hora fieri di
citur qꝛ inter ꝑfectionem institutionis xp̄i et
sue radiose doctrine et vite. et difformitatem
auersiōis et dyabolice cecitatis qua auertet
antixp̄s multitudinem xp̄ianorum post fla
gitia varijs modis quasi medius status est
cum lumine veritatis silentium imponitur
et vox ignorātie per facti euidētiā incipit ex
clamare sicut in geñ. xviij. ca. de zodomitis
et gomorreanis scriptum est. Clamor zodo
morum et gomorreorum multiplicatus est.
ergo morra enim cecitas et zodoma pecus
silens interpretat̄. Ex hac nāqꝫ abysso igno
rantie dei et malicie mundi successuꝫ sumet
et prosperabitur antixp̄s sicut apoc. xi. capi.
scriptum. est bestia. i. bestialis et crudelis. an
tixp̄s ascēdet de abysso idest prosperabitur
et successum habebit ex ignorantia mundi
quiue abyssus poterit appellari quia mūdꝰ
tunc propter defectum diuini verbi ignoran
tia plenus erit in cunctis bonis propterea
Job. xx. ca. ait dicit abyssus. i. priuata igno
rantia non est in me lumen scilicet alicuius
necessarie veritatis hocibi. Octauum signū
est dubitatio in fide et pullulatio erroris et
deceptionuꝫ de quo dicit̄ prima ad thimo.
i. In nouissimis temporibus discedent qui
dem a fide attendentes spiritibus erroris et
doctrinis demoniorum in ypocrisi loquen-
tium mendacium. Nonum signū est destru
ctio ecclie ad tēpꝰ de quo ꝓphauit iohānes
apoc. xij. ꝙ mulier. i. ecclesia fugit in deser-
tum vbi alitur a deo per tempus et tempora
et dimidiū temporis. Hec nouem signa pro
pinqui aduentus antixp̄i ex sacris scripturis
colligere potui: videat et contempletur dili-
gens lector si forte munduꝫ in presenti inue
niet aliquibus de predictis signis vulnera-
tum. et recurrat diligentissime ad fortissimū
defensorem ihesum xp̄m dominum nostruꝫ
qui est turris fortitunis a facie inimici cuius
singulari presidio fides xp̄ianorum inuiola
bilis sine fine perseueret.

Incipit liber quart⁹ de sarracenoꝝ bello

similitudinem suam ad ymaginem dei crea
uit illum. Est igitur vox dei patris ad filiū
vel totius trinitatis adinuicem. nam deus
qui est vnus et simplex in essentia est trinus
in personis. et alchoranum illud simpliciter
dixisset nisi quia tenuit q̄ non posset esse di
stinctio personaruz sine distinctione essentie
Ideo dicit in capitulo elneza. O familia li/
bri nolite vacillare in lege vestra et non di
catis de deo nisi veritatez quia christ⁹ ihe⁹
marie filius est nuncius dei et verbum dei
quod in ea posuit per spiritumsanctum suū
Ecce hic nominat deum verbum dei et spm̄
sanctum suum. Sed timens ne per hoc diui
na essentia diuideretur vel multiplicaretur
vel determinaretur statim subiunxit et non
dicatis tres quia deus est deus vnus. Ecce
quantum appropinquauit ad illud quod
maxime arduum est in fide vt quasi cum io
hanne diceret pater verbuz et spiritussanct⁹
hi tres vnum sunt. Induxit igitur in alcho/
rano machometus deum loquentem plura
liter et nescit causam. teneamus igitur cum
eis cōmuniter q̄ deus est vnus et solus sim
plex et ipsi habent in alchorano q̄ deus est
deus vnus et q̄ habet verbum suum et spm̄
sanctum. et sic tenemus q̄ ipse qui est vere
deus vnus et simplex proprie de se loquit̄
singulariter. et quia est trinus in personis a
liquando loquitur de se pluraliter. Sed q̄
late dictum est de patre et filio dicamus ali
quid in speciali de spiritusancto contra sarra
cenos et queramus ab eis quia alchoranuz
frequentissime facit mentionē de spūsancto
quis est iste spiritussanctus. Nam in capitu.
elbakara in persona dei dicit dimisimus et
dedimus ihesu filio marie q̄ faceret prodi/
gia et miracula manifesta et perfecimus eū
per spiritūsanctum et idem repetit per omia
infra in eodem capitulo. Item dicit in capi/
tulo elembra de maria insufflam⁹ in ea de
spūsancto et in pluribus alijs locis loquit̄
similia de spūsancto Queritur ergo quis est
iste spūsanct⁹ et nō possunt dicere sarraceni

ꝙ sit aliqua creatura pura vel aliquis angelus bon⁹ qꝛ loquit̃ de eo singulariter vt de vno sancto nostro. Angeli vero sancti sunt multi et oēs sunt dei. que esset igit̃ causa vt de eo singulariter diceret nostro et sācto. Et preterea nō esset magna ꝯmendatio de xp̄o quem alchoranū intelligit singulariter commendare ꝙ de⁹ dedisset ei angelū custodem qꝛ quilibet homo hꝫ angelū custodem. naꝫ deus facit spūs angelos et nūcios nostros sicut dicit̃ in alchorano in capit̄lo elmelaiꝫe Et preterea angeli nō sanctificant hominē. sꝫ deus immediate et solus. sicut solus de⁹ potest dimittere peccata vt dicit̃ in alchorano. Si aūt predictus spūssanct⁹ sit vere de⁹ sed ver⁹ deus qui de spūsancto loquitur dicens. dedimus spm̄sanctū et insufflauimus de spū nostro· cū igit̃ diuina essentia sit vna et simplex et non posset diuidi nec distingui et ibi sit dans et datū, dans qui dicit dedimus. et datus spūssanctus qui dicitur dat⁹ et insufflatus et inter dantē et datū requiratur distinctio. oportet ꝙ deus dans et insufflans et spūssanctus insufflatus et datus distinguant̃ et differant hec est distinctio sola quam nos christiani ponimus in diuinis personis et quā vocam⁹ distinctionē realeꝫ per relationes originis stante vnitate indiuisibili diuine essentie Patet ergo declarata trinitas ꝑsonaꝝ in diuinis ꝯmunitate essentialiter ex alchorano machometi quā sarraceni non intelligunt percussi cecitate.

Contra beatitudinē eternam que in dei visione et non corporali refectione cōsistit

Sextum argumentū sarracenorū est ꝯtra beatitudinē eternā. et nos christiani intelligimus et firmiter credim⁹. scilꝫ ꝙ cōsistit in dei beatifica visione et illa ē spiritual' refectio finalis beatoꝝ. Sarraceni vero tenēt in eterna beatitudine homines reficiendos materiali cibo et potu qᷦ sic auctoritatib⁹ nitunt̃ probare. Deus em̄ promisit iudeis si bene agerent terram lacte et melle manantem sꝫ hoc intelligi nō pōt de materiali terra ꝓmissionis qꝛ illa nō manat lacte et melle. ergo in alia vite eterne. Item christus promitens suis credentibus eternā refectionē dicit vt bibatis et edatis sup̱ mensam meā in regno patris mei. Item post resurrectionē legitur xp̄m de fauo mellis comedisse vt per hoc insinuaret ꝙ post resurrectionem oēs reficientur melle. Ad hoc dicēduꝫ est istis bestijs ꝙ in eterna beatitudine nō erit aliqua materialis refectio sed spiritualis. qꝛ tūc homines spiritualia corpora habebunt non potu vel cibo indigētia quia sicut attestat̃ xp̄s hoīes in ꝑadyso neqꝫ nubēt neqꝫ nubent̃ sꝫ erūt sicut angeli dei in celo cibo et potu non indigentes et apostolus ait quod esca et potus non sunt regnum celorū caro etiam et sanguis regnum dei non possidebunt id est alimenta carnis et sanguinis in regno dei locuꝫ non habebunt ad litterā de terra ꝓmissionis intelligi non potest qᷦ dictum est de terra lacte et melle manante terra enim illa sterilissima est sed per terrā manantem lacte et melle paradysus celestis intelligitur qui manare melle et lacte dicitur ꝓpter eterne et interne refectionis dulcedinem mensam auteꝫ christi que est in regno patris sui vocat spiritualium bonoꝝ refectionem q̄ spiritualis refectio nihil aliud est q̄ꝫ diuina fruitio. Unde in psal. torrente voluptatis tue potabis eos. Que autem maior insania poterit esse q̄ꝫ asserere hec est bonorum p̄mia scilicet esum mellis et potum lactis nun q̄ꝫ sustinuerunt martires tot persecutiones vt ad has deuenirent refectiones voluit laurētı⁹ vri in craticula vt ad hec perueniret gaudia suspēsus est vincentius in eculeo vt hoc frueretur cibo certe si deus daturus esset sua materialia fercula credo ꝙ elegātiora daret eis cibaria xp̄c autem post resurrectionē nō ideo comedit vt per hoc insinuaret resuscitatis necessaria esse sed vt probaretur ei⁹ resurrectio vera eiusdem in numero non solū per auditum cum dixit eis pax vobis: Luce. vltimo quia xp̄s habebat talem moduꝫ salutandi spiritus enim malignus nō consueuit annūciare pacem sed discordiam nec solum per visum. cum dicit discipulis videte manus meas et pedes meos quia ego ipse suꝫ Luce vltimo. Nec solum per tactum cuꝫ dixit palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet sicut me videtis habere. Luce vltimo. Sed etiam probauit suam resurrectionem esse veram ex gustu. quia corpus fantasticum et sine anima comedere nō potest. Hac ergo ex causa dixit discipulis suis habetis hic aliquid ad manducandum illi

tulerunt partem piscis assi et fauum mellis
Unde cibus ille non fuit cõuersus in carnez
sed resolutus in ꝑiacentē materiā. Sz nec hec
causa comedēdi erit in resurrectione genera-
li. ea ergo que in sacra scriptura de vita eter-
na repeniũtur vt cibus et mensa per similitu
dinē vel exemplũ posita sunt. Nõ sic aũt de
secta machometi quia ipse de vera beatitu-
dine et de visione dei nullam omnino facit
mentionem. qr nec desiderauit nec appꝛhen-
dit ea sola que desiderauit promisit in quo
apertissime fuit cõtrarius nõ solum christo
sed omnibꝰ prophetis et omnibus philoso
phis et oĩbus ratiõe vtẽtibus qui oĩs cõ-
muniter concordãt ꝙ vltima hominis feli-
citas sit in cognitione solum dei iuxta illud
quod dicitur Johãnis. Hec est vita eterna vt
cognoscãt te solum deum verũ et quē misi-
sti ihesum xp̄m et Aristotiles in quarto ethi
corũ. et. xij. metaphisice dicit ꝙ vita que est
scd̄m intellectuz est optima igitur gulosa et
luxuriosa est pessima vita que impedit intel
lectum hominis. Sed obmissis auctoritati
bus sacraꝝ scripturarũ quã nõ recipiũt sarra
ceni lz recipere deberēt cũ ipse valde laudet
et commendet legem dei ꝓphetarũ sanctoꝝ
doctrinã ac euangelium xp̄i fiat ratio cõtra
eos qua ostendatur ꝙ in illa felicitate eter-
na nõ erunt actꝰ gule et luxurie Et arguitur sic
Ad hoc sumimꝰ cibos vt corruptio que pos
set accidere ex cõsumptiõe naturalis humi-
di nõ sequatur vt etiam cibos sumimꝰ et aug
mentum. sed ista duo nõ erũt ibi. Nam oẽs
in debita quãtitate resurgēt nec amplꝰ po-
terũt mori nec aliquo modo deficere. Nam
sicut dicit machometꝰ in sua doctrina vt pa
tuit supra ꝯsideratiõe. iiij. postꝙ omia mor
tua fuerint deus occidet mortez et postea re
surgēt immortales et integri. ergo cibi sum
ptio nõ est necessaria aliquomõ et eodem
modo nec vsus venereoꝝ qr nec tũc est neces
sariuz ꝙ cõseruetur in spē quod nõ põt con
seruari in indiuiduo. Item homĩes resurgē
tes imperpetuum viuēt. ergo si cibo semper
vterentur in infinitum augebũtur eoꝝ cor-
pora. aut erunt ibi digestiones aut alie fedi
tates vt tantum resoluatur quantum con-
uertitur quorum vtrũqꝫ est inconueniens.
Ad hec respondet machometꝰ in libro de
doctrina sua dicens ꝙ non erit ibi egestio
sordium sed purgatio per sudorē. Et ponit

exemplum de puero in vtero matris qui vt
dicitur nutritur et non egerit. Sed exemplum
et ratio eius nihil soluit sicut patz inspicienti
Nam quedã sunt de ꝑfectione imꝑfecta que
in re ꝑfecta essent imperfectio magna. Item
ista euasio machometi nihil valet qm̃ cor-
pora resurgentiũ ita erunt incorruptibilia ꝙ
nihil poterit resolui ex eis et sic nõ est simile
de vno et de altero de ꝑfecto et imperfecto.
Itē si in istis actibus esset vltima hominis
ꝑfectio vt videtur machometꝰ expresse dicere:
quid igitur nũc oportet abstinere ab istis et
nõ magis die ac nocte luxuriare et comedere
vt hic etiaz felices sumus. sed apud omnes
homines etiam apud sarracenos reputatur
virtuosius abstinere ab his et etiã ipsi sarra
ceni habent viros cõtemplationis et cõtinē
tes quos maxime laudant. Item si in istis
actibus est vltima hominis felicitas quid
faciet anima separata ante resurrectiõez que
nec comedere nec luxuriare põt. nec angeli
etiã vnꝙ poterunt esse felices quia istis om
nino carent Preterea si habēdo mltas vxo-
res et infinitas cõcubinas et adolescētulas
est vltima virorũ felicitas vt patuit supra cõ
sideratione. iiij. Quomõ ergo mulieres po-
terunt vnꝙ esse felices nisi habeãt multos
viros. Erit igitur aut mulier felix aut vir fe
lix et mulieres adolescentule infelices et mi
sere. Rationabiliter ergo cõcluditur ꝙ oĩs
tam viri ꝙ mulieres coruz infelices erunt et
miseri sequentes id quod debetur porcis et
asinis. s. gulam et coitum.

Contra matrimoniũ vnius vxoris tãtũ

Eptimũ argumentũ sarracenorum
est cõtra matrimoniũ vnius vxoris
tm̃. Cum eñ sit illicitum in lege xp̄i plures
vxores simul vno tempore habere. Sarrace
ni oppositũ asserentes dicunt licitũ esse plu
res vxores simul habere sicut supra patuit
consideratiõe. v. ꝓcepto. ix. hoc nituntur pro
bare auctoritate patrum veteris testamenti
qui duas vxores simul habuisse leguntur
vt Jacob et Dauid et alij multi. ergo qua ra
tione licitum fuit eis habere plures vxores
eadem ratione et modernis Sed hoc non af
firmant sarraceni nisi vt luxurie sue satisfaci
ant. tota enim eorum vita in fetore luxurie ē
vt supra patuit. Dicendũ ergo ꝙ vna debet

esse vnius. Unde et deꝰ vnã dedit ade vxo- rem et non plures. que etiã sacramento de- seruit qꝛ per hoc significatur ꝙ vna est spon- sa xpi. s. ecclesia. Unde et lamech mortaliter peccauit qui primus plures vxores habuit. In veteri aũt testamento licitum erat alicui plures vxores habere ad multiplicandũ ge nus humanuꝫ ad cultum diuinũ tunc terrã replebat fecunditas. nunc aũt celum replet castitas. a tempore enim iohannis baptiste regnuꝫ celoꝝ vim patitur et violenti capiũt illud. In veteri aũt testamento a matrimo- nio non excipiebanť nisi. xi. psone. in nouo excipiuntur infinite. et vbi apostolus ait. i. Corint. vij. ꝙdiu viuit mulier alligata est viro vt nõ possit alij nubere similiter vir mu lieri vt non possit aliam ducere. Unde vir si plures vxores habeat adulter ẽ. et sicut vna mulier nõ potest simul habere plures viros sic nec vnus vir plures mulieres simul Iteꝫ dicit apostolus ꝙ vir nõ habet potestatem corporis sui ꝫ mulier. sic et vir vxore sua vi- uente non potest accedere ad aliã. Cuꝫ ergo sarraceni dicant xpm magnum prophetam fuisse quomodo autem de eius verbis con tradicere que dixit mulierem non esse relin quendam nisi causa fornicationis. Ipsi ãt multis de causis relinquunt vxores sũt etiã inter eos qui dicunt mulierem relictaꝫ a ma rito non debere ad eũ egredi donec alter cuꝫ ea conueniat: sicut patuit supra cõsideratõe quinta. precepto. ix. Et sic puaricatores legis et euangelij facti sunt. In lege enim scriptũ est vt si quis vxorem suã qualibet ex causa dimiserit et voluerit. ad eum quoqꝫ regredi ipsius est. sine dubio si tamen eam alter nõ sordidauerit. si alter eaꝫ tetigerit ab illo im- perpetuum ꝓhibita est. in euangelio tamen non est licitũ homini vxorem suam sine cau sa fornicationis dimittere. et qui dimissam alterius in vxorẽ receperit adulter et mechꝰ iudicetur. Item si christum credunt tantum fuisse prophetam et de virgine natum et de flatu diuino conceptum vt supradictum est cur non celebrant eius conceptũ vel eiꝰ ortũ

Contra baptismum quo ad ablutionem interiorem.

Octauum argumẽtũ sarracenoruꝫ ẽ contra baptismuꝫ quo ad ablutõeꝫ interiorem. nos enim solam ablutiõem cor poris dicimus et fideliter confitemur nõ suf ficere ad remissionem peccatoꝝ sed exterior et interior per aquaꝫ spũssancti. Sarraceni vero affirmant solam corpoꝝ ablutioneꝫ p aquam factã sufficere ad peccati remissionẽ quod volũt multiplici auctoritate probare. Aut enim Ezechi. xxxvi. Effundã super vos aquam mundam et mundabimini ab omi bus inquinamẽtis vestris. et iohãnes bap tista fuit baptizans in aqua tm̃. Mathe. iij. Mar. i. Jo. i. Naaman etiam ablutꝰ septies in iordane liberatus fuit a morbo lepre iiij. Reg. v. per quod significať ꝙ aliquis per solam ablutionem liberatur a peccatis adẽ. His ergo auctoritatibus dicti sarraceni asse runt quodlibet peccatum mortale homini remitti per solam aque ablutionem sine cõ- fessione et contritione. Dicendum ergo ꝙ nõ sufficit ablutio discreto et adulto sine cõ tritõe et cõfessione nec puero sine trinitatis inuocatõe. Ezechiel vero aquã illã vocat mundã que sanctificatur per verbum. iuxta illud Augustini. Accedit verbũ ad elemẽtũ et fit sacramentum. Johannes aũt nõ bap tizauit in peccati remissionem et sanctificati onem sed in assuefactionem vel significati onem nec peccata baptismo eius remittebã tur. Ablutio aũt aque qua naaman purga tus erat a lepra significabat baptismuꝫ xpi quo quis liberatur a culpa. Ablutio autem aq̃ qua fit peccati remissio in baptismo ite- rari non potest vel debet quia significat pas sionem xpi et mortem que iteranda non est nec sacramento baptismi debet fieri iniuria Semel ergo valet aque ablutio. i. baptismꝰ puero vel adulto iterata nõ prodest. Errant ergo pagani qui singulis ablutionibus cor porũ suorũ credunt sibi remitti mortale pec catum qꝛ si tale esset videreť esse peccati incẽ tiuũ. Isti etiã multa de lege veteri obseruãt et ita quodãmõ iudaizãt qꝛ vt supra patuit porcũ nõ comedũt plures vxores simul du cũt etc̃. Et iã in primo libro ostẽsũ fuit legẽ moysi abolitã fuisse qꝛ veniẽte veritate cessa uit vmbra et figura. christꝰ etiã eam ostẽdit cõsummatam et in se impletã cum pendẽs in cruce dixit consummatum est vt patuit ibi supra.

Contra venerationem imaginum.

Onū argumētū sarracenoꝝ est ꝯtra ymagines que habētur in ecclesijs ipi enī cum iudeis insultantes ꝯtra nos dicunt hec nobis non licere q2 facimus cōtra diuinū preceptū Exo.xx. Deut.xxvij. et Leuiti.xxvi. scʒ nō facies tibi sculptile nec oēm similitudinē etc̄. Derident etiā christianos q2 effigiant deū sublimi sedentē solio et circa cū magno dignitatis fastigio aquilā hominē vitulū et leonē Ad hoc dicēdū est ꝙ si lex mosaica ꝓhibuit nullo modo sculptile fieri peccauit moyses qui fecit imagines cherubī. Exo.xxv. et.xxxvij. et posuit in tēplo. quotienscūqꝫ etiā thurificabāt ante archam et adorabāt similiter faciebāt ante cherubin Salomō fecit etiā vt dicit᷑. iij. Regum.vi. duo alia cherubin maiora et oīs cortine q̄ erant in tabernaculo erant intexte multitudine cherubin Et si dicas illud p̄cepit deus et erunt imagines angeloꝝ non hoim dico ꝙ verū est q2 tunc nō erāt homines tales vt mererent᷑ adorari et imagines eoꝝ q2 erant increduli et rebelles nec erat honestū ꝙ sue anime essent in inferno et ꝙ eoꝝ imagines adorarent᷑ in terra. sed postq̄ꝫ deꝰ assumpsit carnē humanā factus figurabilis et anime sanctoꝝ sunt in paradiso nō est incōueniēs ꝙ eoꝝ imagines sint in ecclesijs et venerēt᷑ ab hominibꝰ. ꝙ aūt dicit nō facies sculptile etc̄. Legislator declarat dicens non adorabis ea neqꝫ coles nō enī prohibet᷑ in illo p̄cepto facere quācunqꝫ sculpturā vel similitudinem sed facere ad adorandū. Ideo subditur non adorabis ea neqꝫ coles eo scʒ mō quo gentiles faciebant in veneratione deoꝝ suorum. i. demonū qui erāt dij alieni quos prohibet colendos esse dicens. Non habebis deos alienos coram me. quali aūt spē adoratiōis deus adoratur et quali xp̄i crux et imago virginis ac sanctorum et de institutione imaginū omnium errore excluso latissime dictum est supra libro.iij. consideratōe iiij. argumento.xxiiij. vide ibi. ꝙ autē deꝰ pingitur a christianis in throno cū.iiij. animalibus non est irrationabile quia cum ezechiel propheta vident illam similitudinem et scripsit: possunt christiani ad memoriam pingere.

ꝙ lex mosaica et lex euangelica sunt corrupta per iudeos et christianos.

Decimum argumentum sarracenorum est contra veritatem vtriusqꝫ legis scʒ christi et moysi quas dicunt esse corruptas per iudeos et christianos.

Ad quod declarandum. Notandum est ꝙ inter cetera ex quibus potest manifeste videri ꝙ alchoranum non est lex dei eo ꝙ ei non attestatur lex vetus nec euangeliū que alchoranum testatur ꝙ sint vere lex dei. Sʒ ipse machometus seipsum commendat ipse de se testimonium perhibet. nos autem inuenimus legem dei esse quandam cautelā continuam ad eodem artifice fabricatā vt vnus aut nullus alteri cohereat et correspōdeat. Et vnus propheta de altero ꝓphetat et mentionem faciat et omnes alij ꝓphetauerunt de christo sicut patuit in libro.i. Si igitur lex sarracenorum esset lex dei et vocatio ad legem illam non esset peruersio sʒ cōuersio vt ipsi dicūt quomodo omnes alios prophetas latuisset ꝙ nullus de eo dixisset aliquid. nos autem nō inuenimus ꝙ moyses vel aliquis prophetaruꝫ vel ipse christꝰ aliquid dixerit de machometo vel de sua lege nisi quando dixit de pseudo prophetis cauendis. dixit etiam christus ꝙ lex et prophete vsqꝫ ad iohannē prophetauerunt vt mūdus sciret ꝙ generalis propheta nō esset venturus vlterius. machometus autem se dixit generalem prophetam. ꝙ autem ipse non sit propheta vtiqꝫ scimus. Ad hoc aūt respōdent sarraceni dicentes ꝙ Moyses et alij prophete prophetauerunt de machometo et ꝙ etiam christus prophetauit expressiꝰ omnibus quia dixit etiaꝫ nomen eius. Vn̄ dixit filijs israel euangelizo vobis de legato dei et nomen eius machometus. Sed cum talis scriptura non inueniatur in euangelio christi dicunt sarraceni ꝙ iudei corrupuerunt legem moysi et ꝓphetarum et christiani corrupuerūt euāgelium et nō remāsit nisi quantum est in alchorano de veritate legis euangelij. Sed ꝙ hoc non possit stare Primo probo per alchoranum eorum.

Nam dicitur in capitulo de iona. si fueritis in dubio de hoc quod reuelauimus vobis petatis ab illis qui legerūt librū priꝰ q̄ꝫ nos Illi aūt qui prius legerint librum q̄ꝫ sarraceni sunt iudei et christiani qui receperūt pētateucum et euangelium sicut exponit machometus ergo machometus dicat sarrace-

nis vt petant a iudeis et xp̄ianis de dubijs
sed si vt ipsi dicunt propheta verdic⁹ esset
machometus quomodo eos ad mendacia
testimonij mitteret non igitur erant viciati
libri iudeorum et christianorum tempe ma-
chometi nec possunt dicere ꝙ postea fuerūt
viciati. naꝫ dicitur in capitulo belgagar qđ
interpretatur recordatio. Nos inquit in per
sona dei descendere fecimus recordationeꝫ
dei et nos eandem custodiemus. lex moysi
et euangelium apud eos dicitur recordatio.
igitur deus semper apud suos fideles testi-
moniū sue creature seruauit ante machome
tum et cōseruabit etiaꝫ Post primo in capi.
belmaij de quod interpretatur mensa. Dicit
ꝙ iudex quidam dixit machometo quomō
iudei querebant iusticiam et iudiciuꝫ ab eo
si venerint ad te iudica inter eos iuste quia
deus diligit iusticiam facientes. et quomo-
do ab ipso peterēt iusticiam cū sit apud eos
vetus testamentum in quo est dei iusticia.
Preterea talis corruptio scripturarum non
potuit esse generalis seu manifesta quia sic
alienationes sciuissent nec pticulares et oc-
culta quia sic aliqui codices integri et incor
rupti remansissent sed in omni lingua et in
omni prouincia inuenitur lex et euangeliuꝫ
eodemmodo scripta. Preterea quatuor euā
gelia non sunt scripta nec eodē tempore nec
eodem loco nec eodem idiomate nec ab eo-
dem scriptore. Sꝫ matheus in hebreo in iu-
dea. Johannes in greco in azia. Lucas in
greco in abya. Marcus in latino in italia
euangelium scripsit. et eorum translatio fa-
cta est in latino per hieronymuꝫ et per alios
ante tempora machometi et remanserunt ex
emplaria in omnibus linguis ergo non po
tuerunt per aliquos falsarios viciari quin
manifeste sciretur. Preterea nihil est in fide
xp̄iana ita maxime arduuꝫ sicut incarnatio
dei scꝫ ꝙ homo ille fit de⁹ Et istud fuit ma
xime difficile suadere mūdo. Unde et roma
ni et alij pagani ꝓpter hoc psecuti sunt chri
stianos trecentis annis continuis generali
ter et distulerūt recipe fidē et euāgeliū qꝛ di
cebāt ꝙ hō ille erat de⁹ nō qꝛ nō recepissent
hoies et mulieres plures deos et deas sꝫ qꝛ
xp̄s fuit dictus deus absꝙ licētia romanoꝝ
qm̄ ipi ꝓhibuerant ꝙ null⁹ diceret de⁹ sine
auctoritate senatus et etiam qꝛ iste deus nō
patiebat cōsortem. Naꝫ si istum deū recipe-
rent cogebant omnes alios relinquere quod
etiam erat contra pacta ꝓuinciaꝝ et leges et
consuetudines romanoꝝ sicut supra patuit
libro .i. consideratione .iij. articulo .i. in exa-
mine .iij: Quō igitur christiani in damnati-
onē suam et detrimentū fidei et ꝓuocatiōeꝫ
romanoꝝ principum mundanoꝝ hoc maxi
me arduū et minus suasibile in suis scriptu-
ris et euangelijs addidissent omnes em̄ cō-
sentiebant hāc legē esse sanctissimā et ratio
nabilissimā hoc solo excepto ꝙ rationē ho
minū excedit scꝫ ꝙ ille hō sit verus de⁹ et ve
rus hō. magis igit christiani si aliquid de
euangelio mutassent quod erat arduum et
minus suasibile a principio subtraxissent vt
plures ad fidē accederent et addidissent ali-
quid suasibile ꝙ econtrario. Preterea quō
christiani cum iudeis potuerūt conuenire a
quibus odio tam antico disconueniunt nec
em̄ iudei dicūt xp̄ꝫ esse deū nec bonū hoieꝫ
Unde ꝙtum ad hoc magis conueniūt chri
stiani cum sarracenis qui dicunt ad minus
xp̄m fuisse sanctissimū hominem. Preterea
christiani ante aduentū machometi fuerunt
diuisi in diuersas sectas et precipue orienta
lis in iacobinos et nestorinos nestorini aūt
maxime conueniūt cuꝫ sarracenis et macho
metus mādauit eos singulariter honorari.
et quomodo cōuenissent nestorini cuꝫ iaco
binis qui tāto odio diuidunt ad viciādum
euāgeliū ꝙ adinuicē occidunt et tm̄ inueniūt
apud vtrosꝙ euāgeliū omnino idē sicut et
apud nos. Preterea nomē machometi q̄re
christiani subtraxissent de euangelio cū ipe
tm̄ cōmandauerit xp̄m et matrē suaꝫ et euā
geliū vt dic̄ i alchorano ꝙ i euāgelio xp̄i ē
directio et pfectio et nō subtraxerūt inde no-
men pylati qui flagellauit eū et nomē iude
qui ꝓdidit eū et nomē dyaboli et quare xp̄i
ani posuissēt in euāgelio ꝙ xp̄s sit vere mor
tuus et crucifixus que nec vident ei cōueni-
re cū sit vere de⁹ vt in euāgelio habet et quō
videt ꝯn̄s ꝙ duo tamdiuersa posuissent de
christo scꝫ ꝙ sit vere de⁹ et vere mortu⁹: Pre
terea dato ꝙ potuissēt in oib⁹ libris ponere
ꝗ quis potuit oibus suadere et in cordibus
gentium scribere ꝙ hunc occiderunt et tamē
hoc suasum est toti mundo vt suscipierent il-
lud principes et tyranni philosophi et sapiē
tissimi hoies et etiā indocti et pauperes ita
vt etiā calipha de baldaco moreret xp̄ianus

et fuit inuenta crux ad collum eius vt testaretur facto ꝙ ipse dominus sarracenoꝝ mortuus est vere christianus. Et ideo iudicauerunt eum sarraceni ꝙ sequestratus sepeliret ab alijs caliphis qui vidit sepulchrum testimonium phibuit et scimus quia verum est testimonium eius Omnibus igitur modis constat ex auctoritate alchorani et ratõib⁹ validis et apertis ꝙ euangeliũ est inuariabile et non viciatum nec corruptum Cũ igit machometus super omnes alios libros cõmandat euangelium et post illud vetus testamentum. coguntur sarraceni recipere auctoritatem euãgelij et veteris testamẽti. Preterea in alchorano in capi. belmeijde quod interpretatur mensa dicitur ꝙ familia liberi nihil omnino sunt nisi compleant legem et euangelium. Familia vero liberi sunt sarraceni sicut ibidem ostenditur. Unde dicit nisi compleant legem et euangelium et quod reuelatum est sibi. Istud autem quod reuelatum est accipitur alchoranum quod reuelatum est solis sarracenis vt ipsi dicunt. hoc idem ostenditur in multis locis in alchorano scilicet ꝙ familia liberi sunt sarraceni secunduꝫ intentioneꝫ machometi dicitur enĩ sarracenus in capitulo elneza quod interp̃tatur mulieres circa finem ꝙ non vacillent in lege sua. Unde ibi scribitur. O familia liberi nolite vacillare in lege vestra et non dicatis de deo nisi veritateꝫ et cetera hoc idẽ scilicet ꝙ familia liberi sunt sarraceni ostendit expresse in capitulo loꝫ. in fine libri. Si aũt omnino voluerint dicere ꝙ est lex vetus et euangelium corruptum ostendãt integrũ et corruptum et maxime si vniforme ostenderint et in omnib⁹ linguis sicut et nos ostẽdimus eis et recipiemus. quod tamen eis impossibile est ostendere. Patet igitur dictũ sarracenorum insipiens et falsum esse scilicꝫ ꝙ testamentum vetus et nouum sunt corrupta. Queramus iteruꝫ a sarracenis quare non legunt nec habent libros istos per maxime cum machometus in alchorano frequẽtissime commendet legem Moysi et Iob et Dauid et dicat psalterium libruꝫ luminosuꝫ et super omnes alios libros cõmendat euãgeliuꝫ in quo dicit ꝙ est salus et directio vt dictum est quia enĩ xps cõmendauit moysẽ et alios pphetas et xpiani eos nõ habebãt acceperunt eos a iudeis et fecerunt trãsferr. de diuersis linguis et habẽt eos autenticos et legunt in suis scolis. Non habent aliud quod respondeant sarraceni nisi sicut dictũ est dicere ꝙ illa sunt corrupta. Sed quomõ tantus ppheta qualem reputant machometum tantum cõmendasset exemplaria corrupta et dixisset ꝙ in eis esset salus et directio vel quomodo nõ predixisset imposterũ corrumpenda, sed potius dixit contrarium ꝙ si sarraceni erant in dubio de alchorano ꝙ peterent ab illis qui ante receperant libros scꝫ a christianis et iudeis sicut supra dictum est in capitulo de Jona potius aũt dixisset nõ credatis eis quia habent libros corruptos: Non est alia causa quare non legunt sarraceni predictos libros nisi quia sciunt sapientes ꝙ de facili deprehenderetur falsitas alchorani· Si libros sanctos et veraces legerent. Unde et alchoran⁹ sibi maliciose puidit et posuit quatuor remedia ne desererẽt a suis et ne falsitas eius deprehẽderetur Primuꝫ est qꝛ mandauit eos occidi qui contra nũ alchorano aliquid dicerent. Secũdum ꝙ cum alterius secte hominibus non disputarent. Tercium ꝙ phibuit ne eis crederent dicit enĩ in capitulo vestra non credetis nisi illi qui sequitur legem vestram cum tamen dicat ꝙ in euangelio est salus et directio. Quartum est ꝙ ab eis totaliter separentur et dicãt mihi lex mea et vobis vestra et cͤ. Et post. vos ab eo liberi ꝙ operor. et ego ab eo liber ꝙ opamini. et hec dicit in capitulo Jone. Si igitur sarraceni bene acciperẽt consilium alchorani procul dubio dirigerentur· haberent enim euangelium et legẽ moysi et alias scripturas sanctas maxime cum ipsum alchoranum commendando moysẽ dauid salomonem et alios prophetas frequentissime dicat ꝙ non prefert vnuꝫ alteri

De bellis et triumphis sarracenoꝝ et christianoꝝ per arma corporalia a tempore machometi vsqꝫ ad presens.

Ona cõsideratio huius libri est de bellis et triumphis sarracenorũ et christianorum per arma corporalia a tempore machometi discurrendo vsqꝫ ad presens tempus. Sicut enim ante incarnatõeꝫ pplus electus et peculiaris dei

erat pplus iudeoꝝ et ppᵗᵉʳ ea eis ꝓuidit tā̄ꝙ filijs de flagello correctionis scꝫ populum gentilium a quo sepe captiuabantur et occidebantur cum diuina precepta transgrediebantur sicut dicitur Amos.iij. tantūmodo vos elegi ex omnibus cognationibus terre Idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras et apoc.iij. Ego quos diligo arguo et castigo. sic et post christi incarnationem populus electus et peculiaris dei est populus christianorum Reprobato ergo populo iudeorum propter xp̄i mortem et in captiuitatem perpetuo ducto prouidit de⁹ electo suo populo xp̄ianorum de flagello correctionis scꝫ populum sarracenorum per quē sepe captiuanᵗ et occiduntur cum dei p̄cepta transgrediuntur et veritatem sue legis relinqunt. pijssimus tamen pater etern⁹ sic a paganis permittit flagellari filios suos ꝙ eos nō sinit omnino deleri vt in tā̄paruo populo respectu innumerabilis multitudinis sarracenoꝝ qui sunt velud arena maris sicci et infructuosi. reluceret euidenter ei⁹ potentia et clementia infinita et sicut gentiles non semper vincebant iudeos sꝫ sepe ab eis vincebantur mirabiliter cum precepta altissimi custodiebant sic et sarraceni non semꝑ facti sunt victores sed sepe mirabiliter victi sunt a populo electo xp̄ianorum cum scꝫ diuinam voluntatem deuotissime conabanᵗ implorare. zelo sue sacratissime fidei succēsi. et vt ex diuersis scripturis et cronicis colligere potui. clviij. bellis famosis: presens consideratio explicabit: vt habeant in quo contemplentur principes christiani. quia videntes gloriosissima facta aliorum principum. rationabiliter debēt animari propter honorem sacratissime fidei ad similia operanda. presertim his temporibus in quibus experimentaliter videm⁹ ꝙ plurimū feruet rabies infideliuꝫ vt deleant de terra nomē xp̄ianū

Vincūt sarraceni fugato theodoro et aufertur tributum romanorum.

Rimum belluꝫ inter sarracenos et christianos factum fuit in affrica circa annū domini sexingentesimum. lix. tp̄e eradij imperatoris et bonifacij pape. iiij: Causa autem predicti belli fuit quia cum machometus astutijs suis peruertisset gentes illius terre et plurimum aliarum elatus non modicum in superbiam suam cogitauit quomodo posset contrariari romanorū imperatori et gentes extrahere ab eius dominio in seruitute et accidit ꝙ predictus imperator eradius misit nuncios suos ad predictos affricanos partes pro colligendis tributis vt moris erat ꝙ cum machometus sciuit venit ad eos in manu forti et negato tributo eos occidit ꝓpter quod eradius imperator congregauit magnū exercitum et p̄fecit ei ducem fratrem suum theodoruꝫ qui imperium orientis de manu eius tenebat Veniens ergo in affricam pugnauit cū machometo et deo permittente victus est theodorus et fugit regressusqꝫ est ad imperatorē eradium sine honore

Vincunt sarraceni et aufertur obedientia imperatorum romanoꝝ in affrica.

Secundum bellum sarracenorum contra christianos factum fuit circa idem tempus in affrica cum enim predictus theodorus fugiens in primo bello ad imperatorem fratrem suuꝫ rediret et omnia vt acciderant narrasset. Imperator cogitans predictum machometum rebellantem subiugare maiorem exercitū cum predicto fratre suo destinauit. Sed licet romani multi essent cum venirent in terram et viderent potestatē machometi pauore concussi voluerunt se retrahere ad quoddam castrum quod dicebatur gabatin. ꝙ cum machometus intellexit venit post eos plures eorum occidendo et vulnerando et licet resumptis viribus xp̄iani contra eos facies ostenderent finaliter tamen occasus est theodorus frater imperatoris et romani victi sunt omnesqꝫ ibi perierunt paucis exceptis qui in montibus se absconderunt nam centum quinquaginta milia de exercitu imperatoris domino sic permittente prostrati sunt et extunc sublatū fuit romanum dominium in affrica et iuguꝫ seruitutis affricanorum cessauit. De his duobus bellis latius dictum est supra consideratione. ij. in scdo puncto cum de ambitiōe machometi ageretur. Et si queras cur deus permisit sic xp̄ianū populum dilectum suū per sarracenos flagellari. Respondetur ꝙ sepe deus iuste flagellat populum suum.

ꝓpter peccatũ principis sicut patet. ij. Reg. de flagello quem misit deus in populũ suũ propter peccatuȝ regis dauid sic in ꝓposito Nam vt alique hystorie tradunt predictus imperator autem predictũ conflictum enticis errore fuit maculatus et cuȝ filia sororis sue martina nomine matrimonio cõiunctis alie autem hystorie dicunt ꝙ erat auersus a fide catholica et corruptus ab anastasio patriarcha iacobitarum et ita est opinandum Nam ꝙ diu tenuit veram fidem omnia sibi ꝓspere successerunt. sicut pȝ de victoria quã habuit contra cosdroe regeȝ persarum et de portatione ligni sancte crucis in hierusalem sicut plene habetur in hystoria exaltationis sancte crucis. Nihil enĩ est ꝙ ita nequiat oc casui subiacere ꝙ vera religio nihil quoqȝ lumine clariore ꝑfulget ꝙ recta fides in principe.

Vincunt christiani et rex sarracenoꝝ captiuatur.

Tercium bellum sarracenorũ et christianoꝝ tempore eiusdem eraclij imperatoris accidit. Causa autem quare illud bellum accidit vt ferunt quedã hystorie sarracenorum fuit hec quia dum quidã miles eraclij imperatoris distribuerat togas siue quitationes militibus et inter alios etiam sarraceni sub imperatore militãtes venissent ad accipienduȝ togas predictus miles sine spada illis sarracenis indignanter dixit vix sufficit imperator dare togas militibus christianis ꝙ tomagis istis canibus. Illi dolore et pudore incitati recesserunt sine vale. et cum venerunt vltra mare narrauerunt om̃ia sarracenis et sic eos imouerũt ꝙ omnes venerunt vno corde vt pugnarent cõtra christianos. Post ꝙ ergo maria trãsiuerũt ꝯmissũ est terribile preliuȝ et multi ceciderũt ex vtraqȝ parte. Ueruntamen victoria concessa est christianis et rex sarracenoꝝ captus est in ꝓlio et m̃lti alij sarraceni milites cũ eo. Circa idem tempus fuit terremotus magnus in terra et apparuit in celo signuȝ ad moduȝ ensis triginta diebus quod ostendebat dominium quod sarraceni debebant habere.

Vincunt sarraceni et transfertur lignum sancte crucis a hierusalem in costantinopolim.

Quartuȝ bellum sarracenorum et christianoruȝ accidit post predictũ bellum paucis elapsis diebus tempore predicti eraclij imperatoris et sedente in cathedra petri honororio primo. In quo bello mortui sunt multi ex vtraqȝ parte et sarraceni acceperunt terrã sirie et damasci et egypti. Eo tempore eraclius imperator cum esset astronimus vidit regnum vastandum agente circumcisa quare mandauit dagaberto regi francorũ vt omnes iudeos in regno suo preciperet baptizari quod et factum est sed in hoc deceptus fuit quia gens circumcisa fuit gens sarracena non iudaica vtraqȝ enim circumcisione obseruat siquidem sarracenus vt dictum est romano imperio rebellantibus et vastata syria damasco atqȝ egypto compulsi sunt christiani crucem domini a hierusalem Constantinopolim apportare cuius maior pars post multa tẽpora ad instantiam Ludouici regis francorum christianissimi anno domini millesimoducentesimosexagesimoseptimo parisius est translata. Predictus ergo eraclius imperator propter infidelitatem destitutus a deo. xxx. imperij sui anno diem clausit extremũ.

Vincunt sarraceni et capiuntur syracusse

Quintum bellum sarracenorum et christianorum accidit circa annuȝ domini sexingentesimum sexagesimum Imperante constãte eraclij nepote et sedẽte in cathedra Petri thodorico primo. Predicto eniȝ tempore audientes sarraceni christianorum discordiam capta alexandria subito cum multis nauibus ceciliam inuaserunt et syracusas ciuitatem celebrem cecilie violenter ceperunt stragem magnam per totam ceciliam fecerũt populorum vix paucis euadentibus qui per iuga montium et munitissima castra fugerunt. sarraceni quoqȝ facta magna cede hominum recesserunt predam magnam secum apportantes vnacum ornamentis que constans de vrbe secum tulerat. Si autem queratur cur deus permisit populum suum tam aspere flagellari. Rationabiliter respondere põt ꝙ propter peccatũ pricipis sicut dictũ est de eraclio ĩpatore:

Unde iste impator constans fuit pessimus in omnibus impius et crudelis cõtra catholicos. Cũ eñ acephalitarũ beresi lapsus essz qui cum entice vnã solam naturã vnãq; voluntatem in christo domino cõtra veritatẽ catholice fidei asseuerãt plures catholicos eo q̃ sue nolebant acquiescere beresi verberauit crudeliter exulauitq; iniuste et per diuersa loca carceribus mãcipauit qui cum oib⁹ esset exosus vtpote quia erat reprobatus a domino cogitauit ytaliã de manibus et potestatibus longobardorũ eripere et ibidem dominiũ suũ dilatare suamq; sedez impialem constituere in eadem. Et licet quod conceperat executione demandauerit cum ꝓficisceret cõtra longobardos recedẽtes de neapoli versus romã et cũ per .xij. dies in vrbe residisset inuidens et dolens romam tam pulcris tanq; mirabilibus edificijs adornari contra ciues et vrbem iniquitatis sue venena diffundens maiorem ptem eorũ que ad ornamentũ et decorez vrbis cõstructa fuerant ab antiquo ornamenta scz marmoria erea et multa alia bona impie deponi mãdauit adeoq; processit sacrilega eius et ꝑphana impietas vt etiam ecclesiã beate dei genitricis marie et omniũ martyrũ quepãtheon vocabat antiquit⁹ discooperiri ereis tegulis fecit et dicta ornamẽta inuexit in tyberim fecitq; constantinopolim apportari iniquitas ergo huius impatoris causa fuit flagelli populi christiani. sz tãtarũ iniquitatum merito penam luit. Nam cum impius impator secreto in balneo lauaret suiq; milites eius seuiciã ferre nõ volentes occiderunt eum. Diligenter est ergo hic attẽdendũ qualia sunt pmia impiorũ q̃diu eñ bon⁹ fuit et sancte ecclesie debitã reuerentiã exhibuit sibi ꝓspera successerunt. Sz cum se auertit a fide catholica mox infeliciter vixit et fine infelicissimo diem clausit extremũ.

Uincunt sarraceni et fugit imperator romanorum.

Sextum bellum inter arabes et xp̃ianos vt narrat general' hystoria hyspanie accidit circa annũ domini septingentesimũ sexagesimũoctauũ. Imperante cõstãtino predicti constantis filio. Hic cõgregauit plus q̃ mille naues et transiuit maria vt bellaret cum moabia rege arabum. Ille vero cognito eius aduentu misit contra ipz quẽdam militem strennuũ nomine andalla et commisso duro certamine victus est impator et relicto campo fugit ad naues et regressus est constantinopolim cum paucis quia multi de suo exercitu perierant et captiuati sunt in hoc imperatore non minus admirãdum est iudiciũ dei q̃ in pcedentibus. qz illi suo peccato puniti hic vero nõ quia mal⁹ victus est ab infidelibus sed vt in dei timore conseruaretur et malis pberet exemplum ne desperent in tribulationibus qui bonos permittit tribulari vt de iob et thobia sacra scriptura exemplariter ostendit vel forte qz indiscrete se commisit pdicto certamini non tantum de deo quantũ de sua potentia ꝯfidens: Unde predictus imperator bon⁹ catholicus fuit et modestus. Primum quoq; quod fecit iusta et debita vindicatio patris sui quoniaz omnes quos in mortez patris conspirasse comperit crudeliter interfecit. et ecclesias que a tempore eraclij paui sui imperio ab hereticis destructe fuerãt reparauit contra oẽs clericos et laicos principes et prelatos achephalorũ et monachilatarũ heresi maculatos tanq̃ verus catholic⁹ et zelator fidei catholice sue sine repromissione processit et per istum secundum omnes hystorias reparata est fides in grecia que tempore patris sui tota corrupta fuerat et integrata est etiã pax et fides inter latinos et grecos extirpatis hereticorũ zyzanijs per principem memoratum. In quo est mature ac prouide attẽdendum quantum facit bonitas principis ad soliditatem fidei et bonuz et quietem statum ecclesie et econtra malicia et infidelitas principis q̃tum nocet. quod ostendunt isti duo principes pater et filius pater enim quia malus et infidelis fuit et vilis hereticus fidem in oriente corrupit statumq; ecclesie annihilauit. Filius vero quia bonus iustus verusq; catholic⁹ erexit ecclesiam et fidem catholicam reparauit.

Uincũt sarraceni et pdit totaliter nomẽ christianorum in affrica.

Septimũ bellum inter arabes et christianos circa idem tempus accidit in affrica in qua licet sarraceni nimiũ essent

multiplicati xpiani tñ nondũ erant totaliter deleti. Unde supradictus abdalla de quo in precedẽti bello fecimus mẽtionẽ veniẽs in affricam vt eã subiugaret impio moabie regis sui. exiuit ei in occursum eius comes Gregorius qui tunc ibidem morabatur et bellauerũt simul ambo sed finaliter victus fuit comes pdiditq3 ibi multos de suis ac relicto campo fugit et extunc pdiderunt xpiani honorem suũ qui in affrica habitabant et tota illa terra fuit posita sub infideli potestate

Uincunt cristiani et sarraceni efficiuntur tributarij

Octauũ prelium inter sarracenos et xpianos accidit circa ãnũ dñi sexingẽtesimũ septuagesimũ septimũ tpe pdicti iperatoris Tunc eñ sarraceni et romani vt in generali hystoria hyspanie ptinetur magnũ prelium habuerũt et cesa sunt de sarracenis tria milia pugnatoꝝ quo anno mortuus est papa deo datus. Sarraceni aũt eo tempore posuerunt treugas cũ romanis p. xxx. annos sub hac tamen conditione q sarraceni darent romanis tria milia libras auri. et quinquaginta equos bonos.

Uincunt xpiani et cremãtur naues sarracenorum sub rege bambla.

Nonũ prelium inter sarracenos et xpianos accidit circa annũ domini sexingentesimũ octuagesimũquartũ Imperãte iustiniano pdicti impatoris filio et regnante in hyspania virtuosissimo rege bãba tunc eñ applicuerũt ad litora hyspanie cclxx. naues sarracenorũ et pcurrentes terrã illam maritimã fecerunt magna damna et plurimos xpianos occiderũt. Sed statim vt cognouit pdictus rex bamba misit velocissime suos exercitus et ceperũt naues. et ignibus cõcremauerunt ac maiorẽ partem arabũ occiderunt ense. Aliosq3 captiuos duxerũt et sic regressi sũt cũ honore ad predictũ regẽ bambam.

Uincunt xpiani multis militibus sarracenorum occasis in syria.

Decimũ bellum inter sarracenos et xpianos accidit circa annũ dñi octingentesimũ tricesimũ. Impante supradicto iustiniano et sedente in cathedra petri sysinnio. tũc eñ romani syriam puagantes bello terribili multa milia sarracenorũ occiderunt vt in cronicis impatorũ cõtinetur.

Uincunt sarraceni in hyspania et occidit consobrinus regis roderici.

Undecimũ bellum inter sarracenos et xpianos accidit in hyspania imperãte leone. iij. et sedẽte in cathedra petri Constantino primo et regnante in regno castelle rege Roderico tunc muca rex affrice pcepit Carph cuidam capitaneo suo q auxiliũ et fauorẽ proditori comiti iuliano daret ptra xpianos q xij. milia electoꝝ ad pugnã et tradidit. et ipse secrete in nauibus mercatorum hyspanie transduxit. postq ergo oẽs fuerunt in hyspania congregati sunt in quodam mõte qui ab illo sarraceno arabice dicitur gibla carph et lingua nostra nominatur gybraltar q cũ rex rodericus sciuit misit illuc quendã cõsobrinũ suũ qui dicebatur mungo cum magno exercitu qui sepe bellauit cum supradictis sarracenis sed semper fuit victus et finaliter interfectus est a sarracenis q discurrentes per beticam puinciam que est terra hyspalen. ciuitatis multa damna fecerũt et non potentibus gothis bella sustinere terga sunt coacti ostendere inimicis suis nec ex fuga liberati sunt sed fere ibi oẽs perierunt

Uincũt sarraceni et pditur hyspania sub rege roderico vltimo rege gothoꝝ.

Duodecimũ bellũ inter sarracenos et cristianos fuit in hyspania circa pdictum tempus sc3 post supradictũ bellum Cum eñ supradictus muca videret strẽnuitatem comitis iuliani in victoria precedentis belli certificatus de eius fidelitate iterum cum maiori exercitu ipsum comitem vnacũ carph misit in hyspaniam qui cũ applicuissent inceperunt statim destruere puinciam beticam que est guadalquenir et puinciam lucene. Cum ergo rex rodericus predicta cognouit omnem exercitũ gothoꝝ qui cum ipso erant congregauit quoꝝ numerus vltra centum milia armatoꝝ se extẽdebat et intrepide

iuit contra eos inuenit ꝑpe flumē quod di/
citur gnadalete quod est prope ciuitatem as
sidonie que nunc dicitur ꝗerum et christiani
erant ante. Sarraceni vero vltra flumē. Ali
qui tamen dicunt ꝙ istud bellum fuit in cā
po qui dicitur desangonera que ē inter mur
ciam et lorcam. Rex vero Rodericus inse/
debat in curru siue in lecto eburneo indutꝰ
pannis ponderis aurei et corona aurea co-
ronatus sicut mos tunc erat regum gotthoꝝ
cōmissum est ergo bellū et durauit diebus
octo scꝫ a die dominica vsqꝫ ad diem domi
nicam sine intermissione mortuiqꝫ sunt de
exercitu saracenorū vbi precedebat caripb se
decim milia hominū Comes tamē iulianꝰ
et qui cū eo erant bellauerūt tam fortiter ꝙ
cōfregerūt acies xp̄ianorū cadētibus ergo
plurimis ex vtraqꝫ parte et dispersis christia
nis ac rege roderico q̇ magni cordis erat ali
quando fugiente aliquando furibundo im
petu contra inimicos reuertēte finaliter chri
stiani non potentes sufferre prelium terga v̇
terunt inimicis suis fugiētes de morte autē
predicti regis in eodem bello dubitatur Ve
runtamen corona et indumenta eius ac cal
ciamenta aurea equusqꝫ eius qui dicebatur
orella inuēta sūt in quoddā tremedali apud
supradictum flumen gnadalete absqꝫ corpo
re nec postmodum; de eo aliquid scitum est
nisi ꝙ in regno portigalie in quadaꝫ ciuita
te que dicitur visio inuentus fuit lapis vniꝰ
sepulchri in quo talis erat scriptura. Hic ia
cet rex rodericꝰ vltimus rex gotthoꝝ. defecitꝫ
in eodē bello tota nobilitas gotthoꝝ. Post
hec sarraceni non obstantibus viribus got
thorum totā hyspaniam ferro flāma fame
attritam suo dominio manciparunt et gen/
tem quam ꝑ preterita secula valde timuerāt
prostrauerunt. Si quis diligenter voluerit
inuestigare cur deus permiserit tā graue fla
gellū in hispania breuiter dici potest ꝙ pro
pter peccata principū Roderici scꝫ et sui pre
decessoris viticie. Viticia enim fuit probrosꝰ
et flagitiosus multaqꝫ flagicia ꝑ hispaniam
seminauit ad voluptates carnis soluto pu/
dicicie freno se fornicationibꝰ multis cōtu
lit plebemqꝫ suam ad lasciuiam et luxuriā
inclinauit sꝫ et ep̄i et ecclesie ministri aspna
bantur ecclesiastica officia et clausis foribꝰ
ecclesiarum despiciebant ecclesiastica sacra/
menta et ne aduersus euꝫ parens vl'is xp̄ia

ni progeniei insurgeret. Ep̄is ceterisqꝫ eccle
sieqꝫ ministris vxores lasciuus rex hr̄e prece
pit. Et ne romano obedirent pontifici sub
interminatione mortis prohibuit. Hec qui/
dem causa pereundi hyspanie fuit. tota eni
gotthorum nobilitas in cōuiuijs libidinibꝰ
et vicijs immersa altissimuꝫ ad iracundiā
prouocauit. Itaqꝫ viticia datus est in repro
buꝫ sensum intantum vt muros ciuitatum
vrbium sui regni subuerterit ne possunt ei re
sistere ciues paucis exemptis quas non au
sus fuit destruere, p̄cepit etiam ꝙ destructis
armis vomeres et falces facerent ad colen/
dum terraꝫ quod ip̄e dolōse faciebat sub co
lore pacis ne contra ipsum possent insurge/
re lꝫ dicat Rodericus tudēsis in cronica sua
ꝙ rex rodericus fuerat ille qui p̄cepit arma
destruere. Rodericꝰ vero successor viticie fuit
vir belliger et durus et ad omne negocium
expeditus vita tamē et moribus viticie non
dissimilis quia cum vxore vel filia comitis
Juliani peccauit cum ipse suam in affrica
faceret legationem. quia ergo xp̄m reliquē/
rant p̄dicti principes cum populo suo et cō
cubinali luxurie fetore se subdiderant. Ideo
merito deus ꝑmisit eos dari in reprobum
sensum et ꝙ p̄dictus comes iulianus ꝑdi/
torie se iungeret sarracenis et totam hispa/
niam vt predictum est delerent. Hystoria āt
predicte destructionis latius habet in gene/
rali hystoria hyspanie.

Vincunt xp̄iani in aquitania et ꝑimitur
aldramānus cū. lxxv. militibꝰ sarracenoruꝫ

Ercium decimū bellum inter sarrace/
nos et christianos accidit in aquita
nia galliarum ꝓuincia. Cum eni sarraceni
hyspaniā subiugassent accidit circa idem tē
pus regnante in francorum regno theoderi
co rege quo virtuosus princeps karolꝰ mar
cellus militabat ꝙ ipse karolꝰ ligerim flu
uium transiens eudo neqꝫ ducē aquitanie
bellando victum fugaret. Eudo ergo dux ꝑ
omnia se videns karolo inferiorem sarrace
nos ab hyspania cōtra karolum inuitauit
Sarraceni aūt de tali inuitatione non mo/
dicum gaudētes cū omnibus coꝝ familijs
galeas habitatum fluuiū garenā transierūt
oiaqꝫ in ore gladij deuastātes ecclesias dei
cremauerunt et omnia sine delectu etatis vel

sexus sanguine implent quibus karol⁹ princeps strennu⁹ dei fretus auxilio qui sperantes in ip̄z non deserit animose ac potēter occurrit et ex ipis sarracenis. ccclxxv. milia vna cum ipsoꝝ regio aldramao victoriose ꝑimit de suis vero non nisi mille quingentos amisit. Tunc endo dux ad coꝛ rediens karolo reconciliatus castra sarracenoꝝ dirupit eoꝝ q̄ꝫ reliquias toto posse destruxit.

Vincūt christiani et capit̄ ciuitas auinionensis de potestate sarracenorū.

Quinquagesimūtercium bellū inter sarracenos et xpianos accidit anno dñi octingentesimosexagesimo. imperante ludouico fratre supradicti lotarij imperatoris. et sedente in cathedra petri Nicolao papa primo. Tunc supradictus rex alfonsus magnus cōgregato exercitu magno xpianorū iuit ad percurrendā terram toleti et cremauit ac destruxit quecūq inuenire potuit. pstrauitq multa castra et fortalitia que sarraceni possidebant et captiuauit plurimos sarracenos quod videntes sarraceni timore magno pcussi miserūt ei nūcios suos nūciātes eidē q sibi darēt tributū si cōcederet eis pacem. Rex aūt alfonsus concessit eis treugas per tres annos et reuersus est in terram suā cū magnis diuitijs et bonore Sz cū reuerteret cepit vnū castrū qd tenebāt sarraceni qd dicebat quinqualubel Istud castrū nō intrauerat in treuga et occidit ibi multos sarracenos et post hoc fecit vnum castrum magnum in maritimis asturiarum pro defensione illius terre ne nauigantes inimici illam destruerent et nomē illius castri dicitur gordon. Et intra castrum fecit vnam ecclesiam sub nomine sancti saluatoris quam fecit cōsecrari a duobus archiepiscopis et vno epo quaz multis donis decorauit specialiter dedit illi ecclesie quandam crucem de puro auro ornatam pluribus lapidibus quam ipse mandauerat fieri. Fecit etiaz in ecclesia sancti iacobi quandam capellam mire pulcritudinis et dotauit predictam ecclesiam plurimis bereditatibus ac ornauit illam auro et argento necnon ornamentis et lapidibus preciosis. Fecit etiam iste gloriosus rex alfōsus super corpora sanctorū facundi et primitiui. ecclesiaz mire magnitudinis et pulcbritudinis. circa littus cey quā etiaz dotauit et bonorauit multis necessarijs.

Vincunt christiani per regem alfonsum magnum in senectute sua.

Quinquagesimumquartum belluz inter sarracenos et xpianos accidit circa annum domini octuagesimumsecūdū Cum enim predictus rex alfonsus magnus xlvi. annis regnasset reliquit regnum et dedit illud filio suo garbie et peregrinatus est in sanctum iacobū et cū reuerteretur rogauit filium suum regem garbiaz q traderet sibi gentes cuz quibus adbuc semel vel bis posset ire contra sarracenos in senectute sua qd rex garbias concessit eidem. Iuit ergo cuz exercitu magno et cremauit et depredatus ē et destruxit magnam terram sarracenoruz et reuersus est in nauarram cum grandi multitudine captiuorum et multis diuitijs et bonore. Post boc venit samoram vbi de infirmitate sua gloriose finiuit et sepultus est in ecclesia sancte Marie ciuitatis oueti cū vxore sua regina domina xymena.

Christiani per regem Garbiaz vincunt capto ayolas rege sarracenorum.

Quinquagesimumquintum belluz inter sarracenos et christianos accidit circa annum domini octingentesimum octuagesimūtercium. Cum enim predictus rex garbias post mortem patris regnaret in primo anno regni sui cōgregauit magnū exercitum suum et iuit ad percurrendam terram sarracenorum confregitq multas villas et cremauit eas prostrauitq mlta castra et pugnauit cum quodam sarracenorum rege qui dicebatur ayolas et deuictu bello cepit illum regem et reuersus est in terram suam cum multitudine captiuorum ac

cum magnis diuitijs et honore sed cum re/uerteretur ex culpa illorum qui regem sarracenum obseruabant solutus a vinculis fugit. Rex predict⁹ garcias anno tercio regni sui mor/tuus est feliciter in ciuitate zamore et dedu/ctum est corpus eius ad ciuitatem ouetu vbi honorifice sepultus est.

Lvi. bello vincunt xpiani sub rege ordo neo secundo. Et capitur ciuitas rogel.

Quinquagesimumsextum bellum inter sarracenos et xpianos accidit circa idem temp⁹. Mortuo enim predicto rege garcia regnauit pro eo frater eius ordoneus secundus filius supradicti regis alfonsi magni. Iste ordoneus tempore patris sui congregauit magnum exercitum et intrauit terram sarrace/norum et percurrit illam. percurrit etiam prouinciam beticam que est terra de gnalderquenir et confregit multas ciuitates cremauitque eas et destruxit ac plurimos sarracenorum captiua uit. cepit etiam in illo primo ingressu vnam de nobilioribus et fortioribus ciuitatibus sarracenorum que tunc dicebatur roges et reuer/sus est in terram suam diues et cum honore.

Isto bello vincunt christiani sub rege ordo neo secundo et capta talauera. ignibus crematur

Quinquagesimumseptimum bellum inter sarracenos et christianos accidit an no domini octingentesimooctuage simosexto. Tunc predictus rex ordoneus secundus congregato exercitu suo iuit et obsedit tala/ueram. Sarraceni vero cordubenses et alij circumuicini cum hec audiuerunt venerunt ad succurrendum ad predictam villam. Sed cum adiutorio altissimi rex ordoneus pugnauit cum eis et deuicit eos. perempti sunt etiam ibi multi sarraceni. Alij vero per fugam euase/runt et tunc rex ordoneus cepit illam villam et depredatus est quicquid ibi inuenit pro/strauitque muros ville ac illam ignibus cre/mauit et sic reuersus est in terram suam di/ues et cum honore deduxitque captiuum ducem exercitus cordubensis. Alij tamen dicunt quod predictam conquistam fecit iste ordoneus tempore regis garcie fratris sui.

Per regem ordoneum secundum capitur castrum albame. et xpiani vincunt.

Quinquagesimumoctauum bellum inter sarracenos et christianos accidit an no domini octingentesimononagesimo. Tunc enim predictus rex ordoneus timens quod perderet tempus suum si desisteret ab oppu gnatione inimicorum fidei xpiane produxit exercitum suum magnum et iuit vt percurreret terram merede et confregit ac destruxit igne et ferro quicquid inuenit. Cepitque vnum ca strum quod dicebatur calabri et nunc dicitur al/bame. Sic ergo post plurima certamina et victorias reuersus est in terram suam cum mul titudine captiuorum vtriusque sexus. et antequam egrederetur de terra sarracenorum venerunt ad eum potentiores merede ac terre lucene. ac etiam rex passensis qui dicitur bedadios petentes ab eo treugas propter quas concedendas mul titudinem immensam pecunie obtulerunt eidem et reuersus est legionem cum magnis diui/tijs et honore. Et tunc fecit mirificum illud templum ecclesie maioris in eadem ciuitate vbi prius erat suum regale palatium. Iacet sepultus rex in ecclesia predicta retro altare maius in pariete vbi transitus gentium ef/ficitur circulans successit ei in regno filius eius alfonsus quartus qui regnauit quinque annis sed nihil magnifici fecit contra sarrace/nos Dicitur⁹ quadam leuitate voluit ordinem intrare et de facto sic fecit renuncians regnum suum fratri suo ramiro et cum pauco tempore remaneret in religione in monasterio sancti fecundi prope ceyam exiuit ab ordine et ve/nit legionem et rebellauit cum eadem ciuita te fratri suo volens iterum regnare. quod cum frater eius rex ramirus cognouit venit super eum cum magno exercitu quem contra sar/racenos parauerat et obsedit eum in eadem ciuitate duobus annis finaliter dedit se rex alfonsus fratri suo regi ramiro qui eum cepit et posuit in carceribus et alios duos filios regis fruele qui rebellauerant ei extraxitque oculos eorum et post duos annos rex alfo sus predictus cecus mortuus est et sepultus ibi legionis in monasterio sancti pauli.

Vincunt xpiani per regem Ramirum fra

occisis. lxxx. milibus sarracenorum. et captiuato rege Cesar augustano proditore.

Quinquagesimumnonum belluz inter sarracenos et christianos accidit circa idem tempus Tunc abdarramen rex cordubensis. et albenybaya rex cesar augustanus qui se fecerat vasallum regis ramiri cum terra sua cum multitudine graui venerunt vt peraurrerent terram regis predicti ramiri et accesserunt vsque ad locum qui dicitur simancbas. quod cum rex ramirus sciuit. exiuit contra eos cum exercitu suo et commissum est durum bellum. Sed cum adiutorio altissimi victi sunt sarraceni et albenybayo proditor fuit captus mortuique sunt de sarracenis. lxxx. milia. Hec victoria fuit habita in die iusti et pastoris ceteri vero sarraceni fugierunt et recolligerunt se in quodam castro cum abdarramen Sed rex ramirus insequens eos obsedit eos et captiuauit plurimos eorum abdarramen furtim euadente et reuersus est predictus rex collectis spolijs campi innumerabilibus et cum rege proditore vinculato ac cum multitudine captiuorum in honore in ciuitatem legionensem.

Bello lx. vincunt christiani sub rege Ramyro secundo.

Sexagesimum belluz inter sarracenos et christianos accidit anno domini octingentesimononagesimosexto. Imperante heinrico primo et sedente in cathedra petri Job. xix. Tunc predictus rex ramirus secundus congregauit exercituz suum et obsedit quoddam castrum quod antiquitus dicebatur agraui nunc vero dicitur calatrana. Sarraceni aut aliorum castrorum circumuicinorum cum exiuerunt venerunt vt succurrerent predicto castro de caldrana et commissum est durum belluz inter eos et regem ramirum. sed finaliter victi fuerunt sarraceni perempta multitudine sarracenorum et reuersus est in terram suam cum magnis diuitijs et honore. Iste rex ramirus cuz infirmaretur grauiter oueti precepit se differri ad ciuitatem legionensem vbi expoliauit se a regno quod receperat a fratre suo alfonso dicens hec verba. Nudus egressus suz ex vtero matris mee et nudus reuertar illuc dominus. mihi adiutor non timebo quid faciet mihi homo. Quibus dictis animam dedit in manibus creatoris et sepultus est in monasterio sancti saluatoris eiusdez ciuitatis quod ipse fecerat pro filia sua domina elmira et regnauit pro eo filius eius ordoneus tercius.

Vincunt christiani hoc bello. lxi. et capiunt castrum de tharaco per comitem fernanduz gundisalui.

Sexagesimumprimum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa annum domini noningentesimum. Tunc regnante in regno legionis supradicto ordoneo tercio. Excitauit deus quendam virum in armis strenuum sibique dilectum comitem scilicet fernandum gundisalui cuius filia scilicet domina viraca vxor supradicti regis erat comes castelli qui ex desiderio seruiendi deo incepit bella durissima contra sarracenos. Et primo congressu deuictis sarracenis obtinuit castrum quod dicitur de tharaco quod est situatum in altitudine cuiusdam rupis precelse. Vnde sarracenis euenit tribulatio magna.

Vincunt xpiani. et almonsor cum. xij. legionibus bellatorum fugatur per comitem fernandum gundisalui cum. ccc. equitibus ex reuelatione quadam sibi facta.

Sexagesimumsecundum belluz inter sarracenos et xpianos accidit anno domini noningentesimoprimo. Tunc almansor qui erat potentior sarracenus existentium citra mare sub abdarramen amiramamoli hyspanie et regis cordubensis cum audiuit quod comes fernandus gundislay ceperat predictum castrum de caraco iratus ac turbatus fuit valde quare congregauit magnam potestatem regum sarracenorum et multum aliarumque gentium quorum numerus. xij. legionum multuz Vna legio est sex milia sex centum sexaginta sex. Cuz vero predictus comes fernandus gundislaui cognouit quod almansor veniebat contra eum in multitudine tamgraui et quod mirabatur dicens quod non esset locus in quo non quereret eum misit statum nuncios suos per totum castellum vasallis suis dicens quod venirent ad eum quia nimium eis indigebat qui visis litteris parato animo vnanimiter venerunt ad eum cum quibus habuit consilium suum quid esset melius ire obuiam al

manzor vel expectare eum et inter alios miles quidaz dictus gundisalus didaci sic locutus est. O domine non mihi videtur tēpus bellandi cū istis sarracenis Sed si aliquaz viam possemus inuenire p quā istud bellum impediretur haberez ego pro bono consilio si vobis placeret nec propter hoc debemus habere p inconuenienti contribuere eis aliquid aliud quicquid illud esset p quod possemus mitigare iras sarracenorū et lucrari treugas eorum quia in multis alijs rebus expenduntur diuitie in hoc ergo nō debemus excusari quia in bello ponit homo aliquotiens animam et corpus et nihil ei prodest aurum et argentum et quicquid aliud. Item sarraceni sunt multi et bene armati nos vero sumus pauci et armis vacui. et si pter peccata nostra vincimur omnes erimus confracti et tota castella perdetur et ponetur sub potestate sarracenorū Sed si istud bellum non daret haberem p bono cōsilio et pro meliori q nos possemus facere vt nō pderemur sic ex nostro defectu nec aliquid nobis prodesset sine adiutorio domini nostri ihesu christi. Domine si locutus sum sine modo peto veniam. et dicet vnusquisq illud quod sibi melius videtur Istud cōsiliū non placuit predicto comiti fernando gundisalui et quasi iratus dixit. Amici volo respondere dono grandi saluo didaci et enarrando quecūq dixit ostendam q non solū non sunt dicenda sed nec audiēda. Ipse dicit primo q excusemus bellum. sed cū homo non possit excusare nec fugere mortē debet mori honorificētius quo poterit et sic treugas lucramur contribuendo eis aliquid cū sumus domini efficeremur serui et vnde deberemus castellum extrahere a pena et oppressione in qua est amplius ei duplicaret. Cuz ergo omnes vnde nos descēdimus feruent fidelitate decorati et in eius obseruatione gloriabantur. Ideo nō curauerūt de morte sua et isto modo impleuerūt quicquid voluerunt et pugnauerunt viriliter ne aliquid indecens facerent pter quod reputari possunt nec voluerunt habere hereditatē vnde ipsi minus valerent q omnes alij viuētes in toto mundo et pter eorum magnam fidelitatem vicerunt semper inimicos suos. quia pter mortis timorem num q errorē aliquem facere voluerunt nec aliquid quod eis inhonestum esset et isto modo ipsi vicerunt inimicos suos. Quod ergo illi fecerūt debet in memoriam nostram venire et concordando nos cum eis ac eorum facta obseruando nun q errabimus. Dimittamus ergo iam enarrare parentum magnalia et redeamus ad factum nostrum preparemus nos vt eamus ad bellum et pter mortis timorem nullatenus dimittamus quia cum dei adiutorio et nostre fidelitatis vicemus inimicos nostros et extrahemus castellum a pena et confractione in qua est nec eorum multitudinem pauere debemus quia plus potest vnus leo q decem oues et ocadēt triginta lupi triginta milia agnos Sitis certi amici q nos vincemus almanzor hac vice et erit magnus honor meus. vester autem maior ac de me facietis meliorem hominē totius hyspanie. Cum ergo predictus comes finiuit orationem suam mouit se cuz exercitu suo de loco qui dicitur muneon vbi tunc erat et venit in locuz qui dicitur lara et inde ascendēs equum suum intrauit montem vt venationi vacaret. Inuenitq aprum quendam et secutus est eum solus aper vero fugiens eum recollegit se in quadam spelūca in qua solebat manere. sed nō secutus ibi intrauit quandam ecclesiam paruā ibi ppinquam et posuit se retro altare. Ecclesia autē illa tota erat exterius cooperta quadā herba que dicitur edera sic q nihil eius videbatur in qua tres monachi paupertime viuebant et vocabatur ecclesia illa sanctus petrus Comes aūt predictus insequens aprū non potuit in equo pre arborum spissitudine intrare post apruz descendit ergo de equo et ligauit eum ad arborem secure ipse vero secutus est vestigia apri pedes et ingressus ē ecclesiaz predictam et accessit vsq ad altare vbi porcus iacebat. cum autem respexit locum et vidit q erat ecclesia timuit et noluit accedere ad altare nec occidere aprum. licet ipse multum bene poterat illum occidere et ait. Dn̄e deus quez timent omnes res mundi si ego in hoc erram tu debes mihi veniam dare cū ego nihil sarem huius sanctitatis qz si ego sciuissem non intrassem ibi vt talia facerem quinimmo venissem in peregrinationem et oblationes tribuissem. Sed parce mihi tu pater potentissime fili virginis marie et da mihi vigorem et adiuua me contra gentem

paganam que venit ad destruendam castel-
lam quia si tu non seruas eam ego pro per-
dita illam habeo tu ergo domine illam ob
serua et custodi eam. Cum autez finiuit pre
dictus comes orationem suam venit ad eũ
vnus trium illorum monachorum qui dice
batur pelagius et interrogauit eum quis es
set et quid peteret. Comes vero ei nihil' cela
uit. dixitq; ei ꝙ segregauerat se a gẽte sua et
intrauerat ibidem post illum aprum. Tunc
monachus dixit ei. Rogo te propter deum
et propter tuam bonitatem ꝙ sis ista nocte
meus hospes .et dabo tibi panem ordei vt
comedas quia de tritico nõ habeo: et dabo
tibi de alijs que potero habere. Quod cum
comes audiuit non refutauit sed conuiuiuz
acceptauit et mansit ibidem illa nocte. Alte
ra vero die de mane dixit monachus ille pe
lagius comiti. Certissime credas ꝙ diriget
deus negocia tua et deuinces omnem pote
statem illius almanzor prelium magnũ ha
bebis cum eis. sed certissime vinces eos et
tot ex eis occides ꝙ non erit numerus. Itez
scias certissime ꝙ recuperabis vnã magnã
partem terre et effundes sanguinem regum
et magnatum. et felicitas tua erit tãmagna
ꝙ per totum mundũz exibit sonus militie
tue Veruntamẽ scias pro certo ꝙ eris capt⁹
bis. Et omnia que tibi dico certitudinaliter
scias sic fore ventura Sed et ante tercium
diẽ sequentẽ eris posit⁹ in magno cogitatu
quia videbis totam gentem tuam vltra mo
dum pauore percussam propter vnum terri
bile signum quod videbunt nec erit ibi' ali-
quis tamfortis ꝙ non languescat timore.
Sed tu statim conforta eos melioribus ver
bis quibus poteris exponendo signum et
ipsi statim perdent timorez. et exnunc vade
feliciter inuenies q; omnes tuos tristes plan
ctus et luctus propter te facientes et cogitã-
tes ꝙ sis captus vel mortuus a sarracenis
et ꝙ maneãt sine domino et sine aliquo tu
tore. Sed rogo te et peto istud donũ ꝙ post
ꝙ deuinceris campũ recorderis huius pau
percule societatis et huius tampauperrimi
loci et tampauperis hospitalitatis sicut rece
pisti quia nos tres monachi sumus soli fa-
cientes pauperem vitam et si deus nobis
non mitteret suam mercedem deuorarẽt nos
bestie fere huius mõtis. Comes vero respõ
dens ei dicit. frater pelagi amice non timea

tis perdere seruitium quod mihi fecistis q2
si deus concedit mihi hãc litem vincere ego
promitto huic loco totã meam quintã par
tem omniũ que lucratus fuero. et vltra hoc
cum mortuus fuero hic precipiã sepeliri cor
pus meuz vt hic locus factus propter me sit
melioratus et magis honoratus: faciamq;
alteram ecclesiam maiorem hanc ꝙ modo:
vbi possint manere plures monachi et ma-
ior conuentus et dabo eis in quo viuant et
omnia que eis necessaria fuerit. Sic ergo fa
cto vale venit predictus comes in predictuz
locum de lera et inuenerat suos sicut dixerat
pelagius monachus sed eorum tristicia ver
sa est in gaudium et leticiaz. Narrauitq; eis
omnia que sibi acciderant cuz monacho pe
lagio. Altera autem die precepit moueri gẽ
tes eius que ita pauce erant ꝙ mille sarrace
ni erant pro vno christiano. Sed licet essent
pauci erant tamen optimi milites et habe-
bant bonum cor adiuuandi dominum suũ
Venerunt ergo ad locum vbi mutuo se vi-
debãt christiani et sarraceni et tãta erat mul-
titudo sarracenorum ꝙ montes et valles vi
debantur cooperti eis veniebantq; sonanti
bus tubis et anãfilis et facientes magnuz
tumultũ .ac cum grandi leticia cogitãtes ꝙ
vincerent et caperent omnes illos christia-
nos et tanta erat multitudo et magnitudo
vocum illorum ꝙ videbatur ꝙ totus mũd⁹
veniebat ibidez. Comes autem fernandus
gundisalui existens in loco suo omnia cir-
cumspiciens cupiebat se iaz videre cum illis
Et ecce illa hora accidit signũ quod sibi p̃-
dixerat monachus pelagius quia vnus de
militib⁹ eius fortissimis ascẽdit vnũ equũ
pulchrum et velocem vrgensq; eum calcari-
bus vt exiret ante eos aperta fuit terra et de
glutiuit eum cuz equo suo. Tunc fuerũt oẽs
percussi timore magno dicẽtes propter pec
cata nostra istud accidit nobis et bene appa
ret ꝙ deus derelinquet nos et fuerat nobis
melius consilium si reuersi fueramus quia
oculariter videmus ꝙ deus vult iuuare sar
racenos quomodo ergo nos poterimus ire
contra eos. Sed tunc virtuosus ille comes
dixit eis. Amici non faciatis sic nec velitis
lucrari malum nomen prosemper nec perda
tis cor sine vulneribus nec ostendatis in vo
bis talem pusillanimitatem quia ego volo
vobis ostendere quid vobis ostendit istud

signum. Vnde ex quo nos facimus terram submergibilem sit tam dura et tā fortis quid aliud erit quod nos possit sufferre. Et vos omnes estis homines alte nobilitatis et video nunc corda vestra langantia timore cōtra gentes que non sunt nisi vmbra et ideo vos nolite timere quia ego hac die desiderabam me videre cum almanzor in campo et experiri quomodo scitis castellam custodire dominū vestrum. Post q̄ ergo predict⁹ comes finiuit sermonem suū resumptis viribus suorum militum sicut vir sapiens in bello precepit deuolui vexillum suū et iuit virili animo et sine timore percutere sarracenos ibantq̄ castellā clamantes. Castilla castilla. Cōmissū est ergo durū bellū et milites christiani intantum fuerunt accensi desiderio pugnandi et adiuuandi dominum suum q̄ nihil cogitabant de morte sua tan strenuissimi ergo fuerunt q̄ vicerunt potestatem sarracenorum et fugit almanzor cū paucis. Hac die deus manifeste ostendit suam potestatem in hoc q̄ tres centi milites christiani tantaȝ multitudinem sarracenoruȝ et tam potentem virum sicut erat almāzor vicerunt. Victis ergo sarracenis fugierūt a cāpo Sed et comes fernandus gundisalui secut⁹ est eos cum aliquibus de suis et occidit plures eorum et expoliauerunt campū victoria habita et inuenerūt in tentorijs multitudinē auri et argenti et vasa et arma et alia plura sic q̄ facti fuerunt ditissimi ꝓsemper. Et exinde venit predictus comes cum omnibus suis ad supradictum monasteriū sācti petri et dedit ibi multa donaria que inuenerat in tentorijs sarracenorū deditq̄ multitudinē diuitiarū monacho pelagio amico suo. Et reuersus est in ciuitatem suam cum Burgeñ cum omnibus suis vbi aliquib⁹ diebus stetit ꝓpter vulnera sanāda illorū qui in bello vulnerati fuerant.

Hoc bello .lxiij. Vincunt christiani per comitem fernandum gundisalui plurimis sarracenis captis et trucidatis.

Exagesimumtercium bellum inter sarracenos et christianos accidit circa idem tempus. Tunc sarraceni dolentes de victoria quā habuerat predictus comes fernādus gundisalui et scientes q̄ ipse cum rege ordoneo .iij. supradicto erat vinculo amoris colligatus cōgregauerūt exercitum magnū et venerunt super sanctū stephanū de gormatio qui est in littore dorij et obsederūt castrum illud et percurrerūt totam terrā vsq̄ ad burgis. Qđ cū sciuit predictus comes fernandus gundisalui venit animose cōtra eos cum militia regis et sua secutusq̄ est eos vsq̄ ad doriū bellans et occidens plures eorū deuictisq̄ sarracenis reuersus est in terrā suā cum multitudine captiuorū diuitijs et honore. Eodem anno mortuus est predictus rex ordone⁹ .iij. zamore et sepultus est in ecclesia sancti saluatoris ciuitatis legionensis quā cōstruxit pater eius et regnauit post eū sanci⁹ primus qui dictus fuit grossus ex eo q̄ pre pinguedine equitare non poterat nisi cū difficultate. Iste fecit pacem cū sarraceīs q̄ curauerūt eū a pinguedine sua. regnauit octo annis et occidit eum quodā venenato pomo: comes gundisaluus qui dominatur vltra doriū et sic iste qui nihil gloriosū fecit contra sarracenos male finiuit. Iacet sepultus apud legionem in ecclesia sancti saluatoris iuxta patrem suum. Et regnauit ꝓ eo ramirus tercius filius eius.

Vincūt christiani ꝑ comitem fernādum gundisalui et fugatur secundo almansor ꝑempta innumerabili multitudine sarracenorū

Exagesimūquartum belluȝ inter sarracenos et christianos accidit anno domini noningentesimodecimoquinto Tunc supradictus almanzor dolēs nimiū quia eū defecerat comes fernandus gundisalui sic dictū est supra .lxi. transiuit vltra mare in affricam et precepit predicari per omnē terram sarracenorum q̄ venirent ad adiuuandū eū cōtra xpianū hyspanie et ad defendandum terram quam sui predecessores lucrati fuerant. Sarraceni āt audiuerunt hāc predicationem per totam terram diuulgatam venerunt ad eum sine numero sicut qui veniunt ad indulgentiam cruciate quā nos christiani fideliter accipimus cū sedes apostolica debitis circunstantijs compensatis illā concedit et vltra predictas gentes innumeros congregauit etiā ille almanzor totā potestatem andaluzie et sic venit cum exercitu quasi innumerabili contra castellam vt

destrueret totam terram et vt caperet ꝑdictū
comitem et occideret si posset. Que omnia
cum cognouit predictus comes: fernandus
gundisalui cōgregauit similiter omnes Ca
stellanos et venit ad locum qui dicitur pre/
drauita. Sarraceni vero erant in vacinas.
Comes autem reliquit gentem suam in eo/
dem loco de predrauita et ipse solꝰ cuꝫ duo
bus militibus iuit velociter et secrete, vt vi/
deret monachum pelagium amicum suum
supradictū qui ei dixerat altera vice ꝙ vin/
ceret certitudinaliter almanzor et signa que
accidere habebant. et cum accessit ad locum
dictum est ei quomodo iam discesserat a ꝓ/
senti vita. quod cum comes audiuit contri/
status est valde et ingressus est ecclesiam il
lam vt rogaret deuꝫ vt secum faceret miseri
cordiam. flexis ergo genibus ante altare fe
cit hanc orationem in habundantia lachri/
marum dicens. Domine cum magno amo
re tibi seruiendi ego sustinui multa aduersa
et dimisi multa solacia et suꝫ in maxima ini
micicia cum sarracenis et christianis qr re/
ges hyspanie timore sarracenoꝝ obliti sunt
tui qui es dominus eorum et facti sunt va/
salli. et cum ego ꝙ timore mortis errabant
male contra me. Ego nunꝙ volui societatē
nec amorem eorum et sic remansi ego solus
ab omnibus derelictus inter omnes qui vi
dentes me segregatum ab omnibus vt ini/
micum me respexerunt. Et cum sarraceni co
gnouerunt magnos ꝙ nolebat eis obedire
congregauerūt exercitus vltra mare et citra
mare et venerunt super me. et ego cum tuo
adiutorio deuici almāzor et omnem eiꝰ po
testatem et occidi ibi plures eorum. Tu dn̄e
dixisti per ysaiā prophetam ꝙ nunꝙ defi/
ceres tibi seruientibus. ego autē om̄s alios
reliqui vt tibi seruirem. Peto ergo domine
pro mercede ꝙ habeaꝫ ego tuuꝫ adiutoriū
et vt defendas castellaꝫ quia tota terra affri
ce venit super me et da mihi sensum et forti/
tudinem vt ego vincam hunc sarracenuꝫ al/
mansor et omnem eius potestatem. Et cum
faceret augurationem captus est quodam
dulci somno et dormiuit ibi ante altare Ap
paruitqꝫ sibi ille monachus sanctus pela/
gius indutus vestibus cādidis sicut nix et
dixit ei dormis fernande gundisalui surge
et vade ad gentem tuam quia deus conces/
sit tibi quicquid postulasti ab eo et scias cer

titudinaliter, ꝙ vinces sarracenum almāzor
et omnem eius potestatē et perdes ibi mul/
tos de gente tua. et adhuc dixit tibi plus do
minus noster ꝙ quia tu es eius vasallus et
ei facis seruitium toto corde ꝙ mittit tibi a/
postolum iacobum et me cum multitudine
angelorum ad adiutorium tui et apparebi/
mus omnes in bello cum armis albis et q̇
libet nostrum ducet crucem in suo vexillo et
cum sarraceni viderint nos vincebuntur et
dimittent tibi campum. Amice dixi tibi qđ
mihi mandatum fuit de cetero volo recede/
re et sic recessit a predicto comite vigilās er/
go ipse et cogitans in illa visione orando
deum humiliter audiuit quandā vocem di
centem sibi surge et vade in viam tuaꝫ quia
iniuste contra me agis cum tantum demo/
raris et non des treugas almanzor nec fa/
cias cum eo pacem aliquam. facies autem
de gēte tua tres acies et intrabis tu cū pau/
cioribus ex parte orientis et in illa acie ego
ero tecum. precipies etiam ꝙ secunda acies
ingrediatur ex parte occidentis et in illa acie
erit beatus iacobus. Tercia vero acies in/
trabit ex parte aquilonis et si sic omnia fece
ris non dubites quin deuincas almāzor et
ego sum enulianus qui tibi venio hec nun/
ciare et scias ꝙ durabit bellum tribus die/
bus. Post ꝙ sanctus enulianus predicta nū
ciauit exiuit comes a sācto petro et venit ve
lociter in predictum locū de predrauita vbi
dimiserat gentem suam quam inuenerat ira
tam contra se dixeruntqꝫ ei domine sine mo
do facis magnum malum et si erraueritis
iuste accidet vobis quia sicut latro qui egre
ditur ad furandū segregamini. et lꝫ vos que
ramus inuenire non possumus et sumus in
hoc valde mali quia tantum vos sufferimꝰ
Unde petimus pro mercede ꝙ non faciatis
nos proditores quia nunꝙ fuerunt patres
nostri nec parētes nostri nec vnꝙ fuerūt i mū
do fideliores ꝙ illi vnde nos venimꝰ. Co/
mes autem fernandus gundisalui respōdit
Amici rogo ꝙ me audiatis quia non resipis
co de hoc ꝙ feci et cum sciueritis non iudi/
cabitis ꝙ tantum erraui quia ego iui ad he
remitorium sancti petri vt viderem amicum
meum fratrem pelagium. et cum accessi au/
diui ꝙ erat mortuus et ostenderūt mihi lo/
cum vbi iacebat sepultꝰ. Et deinde intraui
ecclesiam et fudi orationem et veni ad me

predictus monachus vbi iacebaꝫ dormien
do dixitqꝫ michi exurge amice quia hora est
excitatus autem nihil potuit venire et sic exi
stens audiui voceꝫ magnam mihi dicenteꝫ
de celo secundū intellectuꝫ meum. Comes
fernāde gundisalui surge vade viam tuam
quia die tercia vinces almāzor et omnē eiꝰ
potestateꝫ reprehendit etiaꝫ me quia tantū
tardabam. et ꝙ ille cuius amore pugnabaꝫ
adiuuaret me et quia i heremitorio illo alia
vice fui bene consultus sic ꝙ deuincerem al
manzor. Ideo nunc iterum iui vt haberem
consilium cū illo amico meo pelagio. Et vt
seruarem vos oēs ne ꝑpter defectuꝫ meum
erraretis quia necessariū est vobis consiliū
dei et hoīm quia exquo almanzor tamma-
gnum exercitum cōgregauit multū interest
nobis vt taliter faciamꝰ ꝙ deum habeamꝰ
pro nostra parte. Et ideo simꝰ omnes boni
milites quia non possumꝰ fugā accipere ex
aliqua parte. Et licet velimꝰ ire i aragoniaꝫ
vel nauarram vel ad omnes alios vicinos
nostros omnibꝰ sumus odiosi. et si peccatis
nostris exigentibꝰ victi fuerimus omēs vin
dicabuntur de nobis et enimꝰ captiui et mu-
lieri filijqꝫ nostri capientur a sarracenis Qui
autem iacet captiuus priuatur omni bono
et vellet plus mortē ꝙ vitā cū videt sua he-
reditatē ab inimicis suis q̄ vobis dico oīa
bene intelligitis et si ꝑpter peccata nunc su-
mus victi nunꝙ nostra recuperabimꝰ. Dico
autem vobis ex parte mea que cogito facere
ꝙ licet ipsi vellent me accipere ad vitā sato
te ꝙ citiꝰ occiderē meipm̄ ꝙ me tradaꝫ capti
uitati. Et ideo oportet ꝙ firmetis inter vos
quod quicūqꝫ fugent a campo vel se dedent
captiuitati timore mortis ꝙ sit proditor et
cū mortuus fuerit ꝙ sit cū iuda in inferno in
perpetuuꝫ. Cum autem castellani audiuerīt
que dixit predictꝰ comes placuit eis omnio
et omnes inierunt fedus inter se ꝙ ante se ex
ponerent morti ꝙ se dare captiuitati Altera
ergo die de mane precepit predictꝰ comes ꝙ
omnes armarentur vt darent bellum sarra-
cenis et ordinauit acies suas sicut ei precep-
tum fuerat in ecclesia sancti Petri mādauit
ꝙ donogustio gundisalui de salas et filijs
suis ac duobus consobrinis comitis ꝙ iret
in prima acie in qua fuerunt ducēti milites
Deditqꝫ eis sex milia peditum de mōtaneis
qui omnes erant homines veloces et valen
tes. In secunda acie posuit pro duce donuꝫ
lupum de viscaya cum illis de terminantya
et de byrnana et de castella veteri de castro et
de asturijs fuerunt. fueruntqꝫ in summa du
centi milites et sex milia peditum. Comes
vero fernādus gundisalui fuit in tercia acie
et cum eo Rodericus de conia et numos de
cama et helas qui quos ipsa die comes fece
rat milites viginti etiam scutiferi sui quos
etiam eadem die fecerat milites summa om
nium istius acici fuit quinquaginta militū
et trium milium peditum precepitqꝫ omībꝰ
predictus comes ꝙ si prima die nō posset
vincere sarracenos cum audierunt buccinam
suam ꝙ retraherent se a prelio. et omnes cō-
gregarentur sub vexillo suo. Postꝙ ergo
omnes sic ordinauit venerūt omnes in ten-
torijs suis et veniente nocte viderunt per ae
ra rabidum quendam serpentem venire san
guine cruentatum et quasi vulneratuꝫ emit
tentem tam fortes sibilles ꝙ nullus fuit ibi
tam audax quin timeret et tāmagnos ignes
emittebat per os ꝙ omnes de exercitu se vi-
debant adinuicem Cum autem hec viderēt
excitauerunt comitem qui iam dormiebat s̄
tamen cum ipse surrexit iam serpens ille trā
siret. Attendens auteꝫ predictus comes po
pulum suum pauore percussum quia ex illa
visione conceperant ꝙ erant vincendi a sar-
racenis. Precepit ꝙ omnes congregarent
ad eum. dixitqꝫ eis. Amici isti sarraceni sūt
incantatores et nigromantici et suis inuoca
tionibus vocant dyabolum qui pro eis fa-
cit multa pauorosa. Aliquis autem sarrace
nus qui ista scit facere fecit illam visionem
per aera apparere vt eos terreret tali arte ma
la. cum ergo vos sitis homines intelligen-
tes bene debetis scire ꝙ diabolus nihil vo
bis facere potest quia bene noscitis ꝙ do-
minus noster Ihesus christus potestatem
eis abstulit. commendemus nos ergo deo
qui omnia fecit quia ipse potentissimus dā
di et tollendi quicquid voluerit. et nihil pro
pter talia signa demus. Eat ergo quisqꝫ in
hospitium suum et de bono mane sitis om
nes armati in campo. Adiuuabit enim
nos deus pater sua pietate et de hoc sitis cer
tissimi ꝙ vincemus eos. talibus ergo ver-
bis comitis confortati omnia sic fecerunt et
in gallicantu surrexerunt omnes et audiue-
runt missam suam orauerunt ac de pe- pecca

tis suis contriti et confessi fuerunt et roga/uerunt deum ꝙ adiuuaret eos contra sarra/cenos. Post hec equitauerunt omnes bene armati omnibus armis suis et cū ve/nit aurora parauerūt acies suas sicut eis mā dauerat comes. Sarraceni similiter parauerunt acies suas et commissum est prelium magnum mortuiqꝫ sunt multi ex vtraqꝫ pte occiditqꝫ predictus comes quendam regē affrice sarracenum et impletus est cāpus corporibus mortuorum taꝫ ex christianis ꝙ ex sarracenis nec alteri partium concessa est vi/ctoria eodem die. Veruntamen expulerunt christiani saracenos a tentorijs suis et manserunt ipsi illa nocte in eisdem in quibus inuenerunt omnia necessaria steterūtqꝫ per totam noctem armati. Altera autem die ordinate sunt acies in campo ex vtraqꝫ pte et venerunt sarraceni contra christianos magnis vocibus acclamantes intantū ꝙ videbatur ꝙ totus mūdus descendebat in profundū christiani similiter audita missa exeuntes cō tra eos inceperunt prelium et durauit per totam diem nec tamen vna pars alteram pteꝫ vincere potuit. Fuerunt et in hoc secūdo bello etiam multi mortui ex vtraqꝫ parte et plurimi vulnerati et reuersi sunt christiani super ueniente nocte in tentorijs suis ceci tristes et vulnerati Et prima vigilia noctis precepit comes predictus vocari omnes suos ad se dixitqꝫ eis. Amici rogo ꝙ sitis fortes et non langueatis propter angustias preteritas. Dico eñ vobis in veritate ꝙ cras vsqꝫ horam nonam habetis maximū succursuꝫ taliter ꝙ vincetis bellum istius sarraceni almanzor Si ergo vultis ꝙ vincamus nos simus cras bono mane in campo omnes añ solis ortum et virili animo in eos irruentes non demus eis spacium quia satote ꝙ per viꝫ dimittent nobis campum et dico vobis ꝙ euadere non poterint quin sint mortui vl' victi. Ibimusqꝫ post eos et vindicabimur de malis que nobis intulerunt. Sum enim bene securus de nobis ꝙ non erimus victi. Citius enim nos permitteremus mori ꝙ talia pati. Post verba comitis vnusquisqꝫ iuit in mansionem suam dormierunt et quieuerunt. Surgentes autem bono mane sicut eis ꝓceptū fuerat armauerūt se et sarraceni similiter ac exierunt in campuꝫ vt bellarent. Commissum est ergo durissimū bel/lum inter vtrosqꝫ et christiani ducebant ante se signum crucis domini nostri ihesu christi orantes toto corde vt deus iuuaret eos contra inimicos suos et tamgrandis erat sonus lancearum et ictus ensium ac aliorum armorum ꝙ longissime audiebantur et licet multi christianorum interissent de sarracenis tñ nō erat numer⁹ intm̄ vt bēant ꝙ enarrant viuentes. Et predict⁹ comes vidit ꝙ altiores homines sue aciei erāt mortui et ꝙ alij erāt deordinati et tristes et ꝙ cito possent deuici si non succurreretur. irruit in sarracenos viriliter animans suos ad victoriā ſꝫ tot fuerāt mortui de christianis ꝙ non cogitabat taꝫ amplius redire in castellam. Cum ergo esseꝫ in maxima pressura incepit mēte orare deuꝫ manibus pugnans et dicens. Domine ex quo non possum hanc litem eradicare nolo liberare vitam meam licet possiꝫ quia intrabo talem locum prelij vbi occidar qr si euaderem mortem postmodum morerer pre dolore videns castellam sub potestate sarracenorum. Et licet nos sumus magni peccatores contra nos nolite irasci ne velitis totā hanc terram destruere esset etiam magnum malum si perderetur terra tam honorabilis et tambona. O domine ihesu christe et quare non implestis que mihi misistis nunciari ꝙ scilicet succurreretis in hoc bello et si ego non defeci vobis quare vos deficitis mihi et quia sic est ꝙ vos non estis contemptus de me in aliquam culpam ego cecidi. Recipite ergo hunc comitatum meuꝫ in vestra custodia alias totum destrueretur radiatus. Cum ergo comes predictus talia inter se et deum loqueretur querulose licet semper pu/gnans viriliter audiuit vocem quandaꝫ de celo dicentem sibi fernande scias ꝙ crescit tibi magnum adiutorium magnus enim succursus accedit ad te. Cū aūt predict⁹ comes eleuauit oculos suos in altuꝫ et videret qs esset q̄ secum loquebatur Et ecce vidit apostolum iacobum stantem super se cum mul/titudine militum et militaribus splendentibus armis crucis signo insignitis secundū ꝙ sibi videbatur qui omnes ibant potentissime percutere sarracenos aciebus suis ordinatis Quos cum viderunt sarraceni timore magno percussi sunt nescientes quid facerent mirabantur etiam multum vnde venerant ille gentes armate et insignite omnes

vno signo. Dixitqꝫ almansor. Quid potuit hoc esse vel vnde potuit euenire tammagna potestas comiti fernando. Et cuꝫ christiani qui iam erant quasi victi viderũt apostoluꝫ iacobum iam fortificati sũt et resumptis viribus irruerũt in saracenos et occiderũt multitudinem magnam eorum Alij vero terga sunt dare coacti fugiẽtibus ergo sarracenis a campo secut⁹ est eos comes ꝑdictus duobus diebus et duabus noctibus et occidit plures eorum alios autẽ captiuauit. Quarta autem die reuersus est cum gente sua ad locum ꝑdicti belli de bacinas et quesierunt christianos mortuos inter sarracenos mortuos volebat enim vnusquisqꝫ ducere mortuum suum in locum suum Sed nobilis comes dixit eis. nõ habeo pro bono vt ponatis dolorẽ in locis vestris quia plãctibus et lachrymis non poterimus aliquem eorum ad vitam reducere. Recipite ergo consiliuꝫ meum. Ego habeo hic vnum heremitoriuꝫ qui est locus valde honorabilis et habereꝫ ego pro bono ꝙ sepelirentur ibi Ego etiaꝫ promisiqꝫ corpus meum ibi sepelietur cum mortuus fuero et pugnabo vt locum illum diuitijs et honore compleam fecerũtqꝫ oẽs iuxta consilium comitis et sepelierunt ibi mortuos suos. Dicitur nunc locus ille sanct⁹ Petrus de arlancha vbi fuerat ille sanctus monachus pelagius et reuersi sunt vnusquisqꝫ i locum suum cum magnis diuitijs et honore:

Vincunt christiani et angelus domini pugnat pro milite missas audiente cum deuotione

Exagesimumquintum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa annum domini noningentesimumoctauum. Tunc mortuo supradicto rege sauxio et nobili comite fernando gundisalui et regnãte ramiro tercio filio predicti regis cum comes garsias fernandi filius predicti comitis fernãdi gundisalui esset in castro sãcti stephani de gormatio. quẽ ipse vi lucratus fuerat a sarracenis ibi existẽs habuit multa bella cũ sarracenis sed vnum signãter hic ãnotabo propter vnũ singulare miraculum quod ibi accidit. Dolentes enim sarraceni de perdito castro quadam die venerunt in multitudine magna de gormatio ad vadum qui dicitur elcastaial Quod cum predict⁹ comes sciuit exiuit ad eos cum suis audita vna missa et cõmissũ est durum bellũ inter vtrosqꝫ miles autem quidam predicti comitis qui dicebatur fernandus cuotobinos remansit armatus genibus flexis in ecclesia predicti castri audiens alias missas que dicebantur a monachis quos ibi deduxerat comes a monasterio sancti petri de arlancha habebat enim miles ille in consuetudine non exire ecclesiã quousqꝫ omnes misse essent finite. Angelus autem domini eius figura in persona armis et equo assumpta apparuit in bello qui tamfortiter bellauit ibideꝫ ꝙ nullus ei similis fuit. Nã iste occidit militẽ illũ saracenũ qui ducebat vexillũ sarracenorũ propter quod factum eradicati et victi fuerunt. sarraceni. Reuertentibus ergo de bello cum victoria querebat comes pro illo milite fernãdo cuotobinos qui tãvirliter se habuerat et non potens ipsum reperire in campo miratus venit in castrum et inuenit quomodo miles ille erat clausus in ecclesia pre verecũdia non ausus apparere quia non fuerat in bello et sic vocato a se ac cognito miraculo inuenit in lorica eius et armis sui equi omnia signa ictuum que sibi in bello dederant sarraceni sicut ipsi vederant et intellexerunt omnes ꝙ propter deuotionem quã ille miles habebat in auditione missaruꝫ deus miserat angelũ suũ in ei⁹ effigie vt suppleret vicem eius in campo tempore illo et dederunt omnes propter tammanifestum miraculuꝫ gratias deo et virgini gloriose.

Meritis apostoli sancti Jacobi vincunt christiani percussis grauissima infirmitate sarracenis.

Exagesimumsextum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini noningentesimotricesimotercio. Tunc quidam rex sarracenorũ cuius nomen alidraxi cũ multitudine paganorum intrauit regnum portugalie et peruenit destruẽdo quicquid inuenire poterat

vsqꝫ ad sanctum iacobum. Sed propter honorem apostoli iacobi cum christiani resistere non possent bellauit deus contra sarracenos percussit enim deus omnes sarracenos quadam infirmitate grauissima sic ꝙ omnes perierunt intantum ꝙ nõ remaneret qui noua aliorum nunciaret in terra sua. Eodem anno infirmatus fuit rex ramirus tercius et mortuus est in ciuitate legionen̄. regnauit xxv. annis et successit ei in regno donus berniundo filius regis sancij cõsobrinus regis predicti ramiri.

Vincunt christiani per regem beriundo et iterum a sarracenis vincuntur eodem bello per almanzor.

Exagesimumseptimum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini noningentesimononagesimoquinto Tunc almanzor videns discordiam magnam inter christianos congregauit exercitum suum magnum sarracenoruz et christianorum qui cum eo se desfederauerant et intrauit terram christianorum. Incepitqꝫ destruere prouincias legionis et castelle et nauarre. christiani autẽ erant sic discordes ꝙ nullus erat qui alterum vellet adiuuare et intantum processit illa vice ꝙ a fluie dorij quod erat tunc signum diuisionis inter sarracenos et christianos peruenit destruendo vsqꝫ ad flumen quod dicitur estolam et ibi fixit tentoria sua. Quod cum sciuit rex benundo exiuit contra eum cuz exercitu suo bellauitqꝫ cuz eo viriliter et mortui sunt plurimi sarraceni Peruenit rex benundo bellans et occidens vsqꝫ ad tentorium almanzor Quod cum vidit almanzor iratus vehementer proiecit in terram pileum aureum quod ferebat in capite secundum morem sarracenorum in signum corone Erat enim consuetudinis saracenorum regum mittere in terram predictum pileum in signum magni doloris et ire respectu suoruz quia non vincebant inimicos. Quod videntes sarraceni resumptis viribus irruerũt viriliter in christianos in tantum ꝙ secuti sunt eos vsqꝫ ad portas ciuitatis legionen̄. et post paucos dies ceperant ciuitatem nisi fuisset multitudo pluuiarum hyemis propter quam necessario habuit recedere almanzor et sic reuersus est in ciuitate cordubeñ. cum diuitijs et honore.

Vincunt sarraceni et capitur ciuitas legionen̄. per almanzor.

Exagesimumoctauum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini noningentesimononagesimosexto. Tunc supradictus almanzor venit cum multitudine graui et obsedit predictam ciuitatem legionen̄. et tanta fuit violẽta expugnatio vrbis ꝙ confregit murum in duabus partibus scilicet ex parte occidentis et ex parte meridiei Comes autem galecie guilhelmus gundisalui qui ibi venerat ex regis precepto vt defenderet ciuitatem iacebat tunc in lecto multum infirmus et cum sciuit ꝙ murus erat ruptus in duplici parte fecit se armari omnibus armis et deferri in lecto ad locum vbi murus erat magis cõfractus quia ibi erat maior pressura et periculosior locus hoc autem ipse faciebat vt ibi occideretur anteꝙ videret confractionez ciuitatis. Ipse ergo iacens in lecto tribus diebus defendit locum illum ruptuz et mortui sunt plures ex vtraqꝫ parte sed finaliter occisus est ibi et statim capta fuit ciuitas. et precepit almanzor ꝙ frangerentur omnes porte ciuitatis et ꝙ destruerẽtur turres que erant ibi ex marmoribus mirabiliter fabricate. Et cum predictus almanzor destructa ciuitate voluit intrare monasterium monachorum sancti claudij extra muros vrgens cum calcaribus equum suum non potuit ipsum mouere ab eodem loco sed equus ibi crepuit medius propter quod predictus almanzor destitit a destructione predicti monasterij et dedit ibi multa donaria secundũ ꝙ in eodem conuentu presente illustrissimo rege enrrico qui nunc regnat a priore eiusdẽ audiui. Asserebatqꝫ se vidisse de donarijs illis que dederat almanzor propter predictum miraculum et reuersus est almãzor cordubam cum magnis diuitijs et honore.

Vincunt sarraceni et occiduntur prodito

rie septem infantes de lara.

Exagesimumnonum bellum inter
sarracenos et christianos accidit cir
ca predictum tempus. Tunc quidā
miles qui dicebatur rodericus belasquas
finxit se facere bellum sarracenis velle et oc/
culte tractauit cum almanzor quomō morti
traderet septem fratres qui dicebantur septē
infantes delara cum eorum patre gundisal/
uo gustios qui erant fortissimi bellatores
qui eo tempore reperiri poterant in mundo
Causa autē quare ipsos tradidit morti fuit
vindicatio de aliq̄bus iniurijs quas vxor
sua et ip̄e se reputabant recepisse ab eis. De
duxit ergo eos suis verbis blandis prodi/
torie cum exercitu magno vsq̄ in campum
de almenara et p̄misit illos infantes vt de/
predarentur campum. Ip̄i vero habebant
secum ducentos milites suos qui exeuntes
subito apparuit multitudo innumerabilis
sarracenorum veniens super eos et factum
est prelium magnum sic ꝙ interfecerūt mul
tos ex sarracenis. & de christianis mortui sūt
in illo certamine illi ducenti milites sic ꝙ ñ
remanserunt nisi septem infantes predicti.
Et cum viderunt ꝙ ibi nihil restabat nisi vi
cere vel mori commendauerunt se deo et in
uocauerunt apostolum Jacobum et irrue/
runt virili animo in sarracenos interfecerūt
plures ex eis sic ꝙ nullus erat qui ante au/
sus esset expectare eos. & tanta erat multitu
do sarracenorum ꝙ pre lassitudine retraxe/
runt ad quendam collem vt abstergerent fa
cies suas a pulueribus. et cum ibi peruenis
sent inuenerunt ꝙ vnus eorum deficiebat
scʒ fernandus gundisalui qui in bello mor/
tuus fuit propter cuius mortem nimiuʒ do
luerunt. Existentes ergo ibi habuerunt ver
bum suum cum sarracenis petētes treugas
quousq̄ nunciarent predicto roderico belas
quas si vellet eos iuuare et concesserunt eis
Miserunt ergo didacum gundisalui ex eis
sed nihil potuit obtinere. Reuersꝰ ergo ad
fratres suos narrauit eis crudelitatem illiꝰ
proditoris et factum est ꝙ mille equites q̄
erant cum predicto roderico belasquas mo
uerunt se vt venirent et succurrerent infanti/
bus Sed cuʒ cognouit ꝓditor ille qui erat
eoruʒ capitaneus verbis suis fallacibus im

pediuit aduentum eorum non tamen sic po
tuit impedire quin triceenti illorum transirēt
ad eos animo moriendi vel viuendi cū eis
videntes proditionem sui capitanei. Jun
cti ergo illis irruerunt secūdo in sarracenos
et factum est prelium asperrimum tale qua/
le nunq̄ quis audiuit in tampario nume/
ro et tanta fuit cedes sarracenoruʒ ꝙ anteq̄
aliquis eorum occideretur perimerunt vltra
duo milia saracenorum. Sed finaliter bel
lando intra multitudinem tamgraueʒ mor
tui fuerunt illi triceenti milites et remanserūt
soli predicti sex infantes et tamfessi erant ꝙ
iam non poterant leuare brachia ensibus
suis. Cum auteʒ viderunt eos ita fessos ca
pitanei saracenorum scilicet viara et galue
propter eorum strenuitates traxerunt eos a
p̄ssura belli et duxerunt eos ad tentoria sua
et fecerunt ꝙ deponerentur arma eorum de
deruntq̄ eis ad comedendum panem et bi
bendum vinum. Sed cum proditor ille ro/
dericus belasquas hoc cognouit misit nun/
cios suos capitaneis illis dicēs. ꝙ ip̄i ma/
lefaciebant concedentes vitam talibus ho
minibꝰ sicut illis et ꝙ de hoc posset eis ma
lum euenire. et ꝙ si sic facerent ꝙ ip̄e nō re/
diret amplius in castellam. & iret ad alman
zor et faceret ꝙ caperentur ab eo. timentes
ergo illi ne aliquid malum eis eueniret ab
almanzor excusantes se ab infantibus pro/
pter hoc reduxerunt eos cum armis suis. si
cut primo erant in campum vbi primo fue/
rant quos cum viderunt sarraceni pulsatis
atamboribus suis irruerunt in eos in tanta
multitudine sicut cadit pluuia de celo et fa/
ctum est prelium crudelius q̄ prius fuerat
sic ꝙ breui tempore occiderūt duo milia et
lx. et vltra sarracenos sicut narrat hystoria.
Et inter ceteros frater minor qui dicebatur
gundisaluus gundisalui terribiliora et mi/
rabiliora super alios faciebat. & tanta erat
multitudo saracenorum ꝙ non potuerunt
citur augurium. Si vero fiat ex aliquibus si
gnis in spatula alicuius animalis apparen
tis vocatur spatulantia qui sub nomine ficte
religionis per quasdam quas vocant san/
ctorum sortes diuinatōnis scienciam ꝓfitē
tur. Aut quarumcūq̄ scripturaruʒ inspectio
ne futura ꝓmittuntur. Si vero tales figure
vel signa fiant in terra dicitur geomantia a
geos q̄ est terra. Si vero in plantis manuū
dicitur ciromancia a ciros q̄ est manus tali
bus portētis per demonum fallacias illudi
tur curiositas humana quomodo id impru
denter scire appetit quod nulla ratione inue
stigare ei ꝯuenit. Unde vitanda sunt a xp̄i
ano et omīū penit⁹ execratione repudienda
quia in istis omnibus vel expresse de modo
imploratur aut propter petitōnem hominis
se occulte demon ingerit hanc maledictaʒ ar
tem primus Zoroastes inuenit qui sol⁹ na
tus est ridendo. hunc nin⁹ rex assirioꝝ bello
interfecit Et si queras quid tales magi face
re possunt. Respondetur q̄ ipsi permissiōe
dei elementa cōcutiunt mentes turbant ho/
minum min⁹ in deo confidencium sensus

illudunt ac sine ullo venero bausto violen-tia tm̄ carminis ledunt et interdū peremunt Magi ergo scd̄m priuatus contractus quos habent cum demonibus agere artem eoruʒ que ars magica non est supra ordinem naturalium causarum immo fit virtute actiuorū naturalium. tm̄ est supra cōprehensiōʒ hominum et facultatē propter tria primo quia demones magis cognoscunt actiuoꝝ naturalium virtutum ꝙ homines. Secundo quia scelerius possunt ea congregare.. Tercio q̄a actiua naturalia que assumūt vt instrumēta se possunt extendere ad maiores effectus ex virtute aut demonum arte ꝙ ex virtute seu arte hominum. Inde hominibus videntur miracula et stupenda que per aliquos artifices fiunt et sic patet ꝙ magi veritatem spernentes et mendacia credentes seducti a demonibus eis coapstantur cum quibus sine fine ꝑibunt hec et plura alia de magicis artibus ex libro de ciui. dei transumpsi que in decretis. xxvi. questione. v. capitulo nec miruʒ

Ars notoria est illicita et a demonibus inuenta.

Ercius punctus est de arte notoria si est a deo vel a demonib⁹ et si pn̄t demones infundere scientiā aliquā Ad primum respondetur scd̄m fratrem Johannem astaxen̄. in summa sua ꝙ ars no o ria est illicita et inefficax. Unde arguitᷣ a demonibus inuenta. Illicita eīn est quia vtitᷣ quibusdam ad scientiam habendaʒ que nō habent secundum se virtutem causandi scientiam sicut inspectione quarūdam figuraruʒ et ꝓlatione quorūdam verborum ignotorū et alijs huiusmodi. Et ideo huiusmodi ars non vtitur his vt causis sed vt signis. Non aūt vt signis diuinit⁹ inspiratis sicut sunt sacramētalia signa. Vn̄ restat ꝙ sūt signa vana et supersticiosa et ꝑ ꝯsequens continētia quedam pacta significationum cū demonibus ꝑhabita et federata. Ars igitᷣ notoria quasi a dyabolo inuēta. est a xp̄iano penit⁹ repudianda et fugiēda sicut et alie artes nugatorie et noxie supstitōis vt augustin⁹ dic scd̄o de doctrina xp̄iana. Est etiā huiusmodi ars inefficax ad scientiā acquirendā cū eniʒ per huiusmodi artē nō attēdatᷣ acq̄sitio sciētie scd̄ʒ modū hōi cōnaturalē scʒ in adinueniendo vel addiscendo ꝯsequens est ꝙ iste effectus expectatur a deo vel a demonibus Certum est aūt aliquos a deo sapientiaʒ et scientiam per infusionem habuisse sicut de salomone legitur. iij. regū. iij. et scd̄i ꝑalipo primo. xp̄s enim dicit discipulis suis luce. xxvij. Ego dabo vobis os et sapientiam et scientiam cui non poterunt resistere et cōtradicere omnes aduersarij vestri. ʒ hoc donū datur quibuscunqꝫ cum certa obseruatione sed secundum arbitriū sp̄ussancti scd̄ʒ illud prima corinth. ij. Alij datur per sp̄m sermo sapientie etc̄. et postea subditᷣ hec om̄ia operatur vnus atqꝫ idem sp̄us diuidens singulis ꝓut vult. Ad demones aūt nō pertinet illuminare intellectum. Acquisitio aūt sapiētie et scientie fit per intelletus illuminationum et nullus vnꝙ scientiā per demones acquisiuit et sic patet solutio ad scd̄m. possunt tn̄ demones hominibus colloquendo aliquarum scientiaꝝ exprimere documēta sed hoc non queritur per artem notoriā. Et si dicas ꝙ danieli primo pueris abstinentibus dedit deus scientiā in omni libro et sapientiā Sed obseruantia artis notorie est scd̄ʒ quedam ieiunia et secundū quasdam abstinentiam ergo per artem illā pōt haberi talis sapientia et sciētia. Rn̄detur ꝙ illi nō abstinebant scd̄m vanā obseruantiā artis notorie sed scd̄m auctoritatem legis diuine nolētes cibis gentiliū inquinari. Ideo merito obedientie a deo scientiam consecuti sunt scd̄m illud psalmi super senes intellexi quia mandata tua exquisiui.

De bello demonum in celo.

Ercia consideratio est de bello demonum in celo. Cum. n. āgeli fuerūt creati in celo ēpireo vt dixit beda. et allegat magrᷣ in scd̄o sn̄iaꝝ distī. scd̄a omnes āgeli fuerūt boni creati et sine vicio Unde innocentes sunt creati non tn̄ virtutibus ꝑdicti que stātib⁹ apposite fuerūt vt pʒ ibidē non tn̄ fuerūt apposite cadētib⁹. boni eīn fuerunt ad deū cōuersi q̄d ē deo adherere. mali aūt fuerūt auersi a deo quod ē odio habere vel inuidere. Inuidie enim mrᷣ est superbia qua voluerūt se parificare deo. vt pʒ eodem libro distin. v. Et cū esset inter oēs angelos lucifer excelsior. nec inter stātes ali

quis fuit eo dignior eminentiam sue nature et ꝓfunditatem sue scie ꝑpendens in suū cre atorem superbiuit tantum ꝙ deo voluit se equare vt patet libro eodem distintiōe. vi. dixit enim in corde suo illud Esaie. ix. Ascē dam in celum vbi. dixit magister distintōe secūda li. ij. ꝙ celū vocat equalitatē diuinā deo enim se parificare volebat. quia breuissi ma morula fuit vt dicat magister sui ... mox ergo vt creati fuerunt angeli quidā deo ad heserunt per charitatem. quidam vero cum lucifero deo restiterunt per superbie prauita tem et sic inter vtrosqꝫ factum est preliuꝫ ma gnum in celo Michael et angeli eius et ce. fa et non ꝑualuerunt draco et angeli eius necꝫ locus inuentus est amplius eorū in celo a pocalicis. xij. Hoc autem preliuꝫ in celo nō est intelligenduꝫ materiale sed spūale quod factum fuit qñ boni et mali diuersos effect⁹ et cōsensus habuerunt qñ dixit lucifer. Ascē dam in celū et ero similis altissimo vbi ma gister dicit non ꝑ imitatōeꝫ sed ꝑ equalitatē potentie vbi supra. Ecce affectus et cōsens⁹ superbie. Et econuerso boni angeli hūilem habuerunt affectum. Unde michael dicitur preliasset cum dracone quia michael interp̄ tatur quis vt deus. Ecce hūilitas et reueran tia. vnde psalmo. lxxxij. Dñe quis similis e rit tibi. q̄si dicat non lucifer superb⁹ nec qui cunqꝫ alius sit ergo michael cū angelis suis facto prelio magno habuerunt victoriaꝫ de superbo lucifero et ei adherentibus qui p̄ci pitati sunt de celo. Et vt dicat franciscus de maronis in tractatu angelorum duplex fuit ibi pugna. q̄rum prima sumpsit initiū a luci fero sicut enim nunc impellit homines ad pe candum sic et tunc impulit sanctos angelos ad cōsenciēdum sibi sed viriliter restiterunt. Secunda pugna sumpsit initiū ab archan gelo michaele videns autem ꝙ alter delīq̄ rat et ꝙ morte dignus erat et ꝙ in celo cum sanctis angelis habitare nō debebat expul sit eum viriliter et in istuꝫ aerem caliginosū secunduꝫ petrum ap̄l'm deiecit. ij. petri. ij. lꝫ lucifer restiterit quantum potuit sed nō pre ualuit vt dictum est Et si queratur quāta fu it mora inter creatōeꝫ angelorum et casum eorum de celo. Doctores cōmuniter dicunt ꝙ fuit morula parua scꝫ a principio aurore vsqꝫ ad creationem lucis vbi dicitur de⁹ di uisit lucem a tenebris Sed tamē geraldus odonis in suo scđo sñiarū distintione quar ta questiōne q̄rta dicit ꝙ fuit mora septem dierū ad min⁹ inter instans creatōis et auer sionis bonoꝝ et inter instans corretōis et a uersiōis maloꝝ ꝙ sine p̄iudicio sñie melio ris ꝓbat duplici rōe pro cui⁹ ꝓbatione sup ponatur ad pñs ꝙ angeli fuerūt creati p̄ma die hoc dicit magister. Tunc arguit sic Mali angeli post lapsū non fuerūt valde boni. id est optimi quia post lapsū nunꝙ fuerūt bo ni. sꝫ septima die a primo instanti creatōnis sue fuerūt valde boni ergo ad min⁹ inter pri mum instans creatōis et lapsuꝫ maloꝝ fue runt septē dies minor ꝓbatur ꝑ textū qr vi dit de⁹ cūcta q̄ fecerat et erāt valde bona et factuꝫ est vespere et mane sextus dies septi mo vero diei benedixit de⁹ Gen̄. ij. Ex quo sic potest scđo argui. Angeli mali post lap sum nūꝙ receperunt beneditōeꝫ dei sed die septimo receperūt beneditōem dei ergo ante diem septimū non fuerūt lapsi ꝓbatur in cō trarium per textū geñ. ij. c. Et benedixit deus diei septimo glo. idest oībus creaturis ergo omnes creature receperūt beneditōeꝫ dei die septimo. Et si dicatur ꝙ natura spūalis ope ratur in instācia fortiori ꝙ sol qui radiū in in stanti ꝑduxit. Cum ergo p̄ma opatio ange li fuerit couersio vel auersio ergo in instanti fuerunt couersi vel auersi. Respōdet ꝑdict⁹ doctor ꝙ p̄ma operatio nō fuit couersio vel auersio sꝫ fuit admiratō quia in illis septeꝫ diebus steterūt in admiratōnibus stuporo sis operum sex dierū et istud videtur ꝓbabi le nisi aliquis sanct⁹ expsse diceret oppositū Sed die vij. cū deus benediceret illi die. be nedixit cunctis opibus et benedictōe accep ta q̄si licentia et mandato accepto ꝙ omnia facerent debitū suum angeli diuisi sūt in tres partes. omnes ei firmauerunt se in amore q̄ dam in amore bonitatis q̄daꝫ in amore di uine iustitie q̄dam in amore ꝓprie p̄tatis et excellentie. et hec tertia ps vltia corruit de q̄ dicit Johannes in apocalia. xij. ꝙ draco de celo cadens secum traxit terciā partē stel larum prius vero nichil faciebat nisi ꝙ sta bat in admiratōe stuperosa. Videbāt enim subito celum extēdi et de nichilo ꝑduci et sic. de alijs opib⁹ de q̄bus omnes homies pos sunt mirari omib⁹ dieb⁹ vite sue Et si vlteri ns queratur qđ fuit illud peccatū tāte graui tatis qđ illud nō potuit sustinere celuꝫ. Re

spondet ꝙ q̄nq̄ȝ fuerūt pecata que primus
cōmisit angelus in celo. primū fuit peccatuȝ
luxurie nō carnalis ſ; spūalis scdm scotū in
scdo sententiaꝝ distinctōe. vi. questio. ij. hec
aūt spūalis luxuria nihil aliud est ꝙ amor
inordinat⁹ suipsi⁹. et sic lucifer se suūq̄ȝ pri-
uatum bonuȝ excecatus inordinate dilexit
intm̄ ꝙ ꝓcessit vsq̄ȝ ad cōtemptū dei Unde
beatus augu. xij. de ciui. dei ca. i. ponēs dif
ferentiā inter bonos āgelos et malos dixit
ꝙ in mūdi principio boni āgeli a malis fu
erunt diuisi qꝛ illi in cōi bono quod est de⁹
ꝑstiterūt Alij potius sua potestate delectati
velut summū bonū sibipsis esseut a cōi bo-
no ad ꝓpria defluxerunt Ex quo dicto acci
piunt duo documenta theologica. primum
estꝙ principiū oīs boni moralis est amor
bonis cōmunis qꝛ boni āgeli in hoc primo
meruerunt. Scdm est ꝙ principium omnis
mali moralis est iordinata dilectio boni ꝓ
prij que in demonib⁹ fuit prima radix pec-
cati Scdm fuit peccatum supbie et ꝑsump-
tionis. videns enī se lucifer nobilissimū in
donis naturalibus nō dedit honor est deo
sed inaniter gloriatus est in seipso Unū apo
stolis gloriantib⁹ de ptāte eis data sup de-
mones xp̄s dixit luce. x. videbaȝ sathanan
ꝓpter eius inanam gloriaȝ quasi fulgur de
celo cadentem de qua supbia dicit eccles. x.
Jniciū om̄is peccati supbia est. Tercio pec
cauit peccato auaricie et ambitiōis quia vi
dens se pulcherrimum sup omnē creaturaȝ
quam deus condiderat omnibus ꝯcupiuit
precesse seipm̄ reputans ad hoc dignū ad qd̄
attigisset si stetisset scdm Anshelmū sic eniȝ
in ꝑmanendo. xij. excellentias habuisset qꝛ
fuisset optima creatura fuisset deo acceptissi
mus fuissȝ felicissimus fuissȝ deo simillim⁹
fuisset pulcherrim⁹ fuissȝ deo familiarissim⁹
fuisset dulcissim⁹ fuisset potētissim⁹ fuisset
omniū pōtifex fuisset oīm priceps fuissȝ oiȝ
doctor et fuisset omniū pater. Sȝ qꝛ sine me
ritis ꝓpria auctoritate ꝯcupiuit p̄esse deliq̄t
nolēs dō subesse Jsaie. xiiij: sup astra celi ex
altabo soliū meū. Quarto peccauit pcō inui
die et emulatiōis. Unū inuidia ē tristicia de
apparēti ꝓsperitate alteri⁹ sȝ lucifer cōtrista
tus est qꝛ de⁹ oībus p̄erat et nulli suberat er
go inuidit de qua inuidia dicit sapiētie. ij:
Jnuidia dyaboli mors intrauit in orbē ter
raꝝ. Quinto peccauit peccato ire et indigna
tionis qꝛ videns se deiectū a ꝑadiso delicia
rum Ascendit ei⁹ malicia vsq̄ȝ ad odiū dei
et nūc cadēs de celo bellauit ꝯtra hominē vt
dicetur infra cōsideratiōe. vi. Et fact⁹ est ho
micida Unū Johā. viij. Jlle erat homicida
ab inicio et in veritate nō stetit. Nō est ergo
mirādum si sic miserabiliter lucifer cum sibi
adherentib⁹ vict⁹ cecidit de celo cū tam gra-
uissime peccauerit cōtra creatoreȝ suū. Et si
queras quot demones ceciderūt. Respōde
tur ꝙ scdm ꝙ notatur in sūma veritatis the
ologice libro. ij. Jn quolibet ordine āgeloꝝ
sunt tot legiōes quot sūt vnitates in legiōe
et sic in quolibet ordine sūt sex mille sexcēte
sexaginta sex legiones angeloꝝ. Et cū tercia
pars angeloꝝ ceciderit sicut notat a magro
distinctiōe. vi. libri scdi capitulo primo quia
cecidit draco et traxit secum terciam partem
stellaꝝ celi. apoca. xij. sequit ꝙ erit summa
legionū omniū angeloꝝ. lix. milia et nouē
cente. iiij. legiones et diminuēdo plus sum-
ma omniū erit trecenta nonaginta nouē cō-
puta et nouē centa viginti milia et. iiij. āge-
li. Sequitur etiam ꝙ demones q̄ ceciderunt
de celo scdm cōparatiōeȝ nouē ordinū an-
geloꝝ sunt decē et nouem milia nouē cente
nonagintaocto legiones demonū quoꝝ sū
ma scdm verā cōputationē est centū triginta
tria cōputa et trecenta sex milia ac sex centa
sexagintaocto demonia sicut patet distinctōe
xiiij. scdi. capitulo notādū. Opinio tm̄ cōis
doctorum est ꝙ tot ceciderunt quot possunt
vnū angeloꝝ ordinē cōstituere et ꝯmuniter
numerus angeloꝝ cadētiū est sexmille sexcē
te sexaginta sex legiones qꝛ totidē sunt legi
ones in quolibet ordine quot sunt vnitates
in legione vt dictū est. Erit ergo vera sūma
demonū cadentium scdm hanc cōputatiōeȝ
xliiij. cōputa et. iiij. centa trigintaquinq̄ȝ mi
lia et quingenta quinquaginta sexagintasex
demonia. Ex quib⁹ manifeste patet excess⁹
numeri bonoꝝ angelorum scdȝ vtrāq̄ȝ viaȝ
expellentium predictos demones de celo et
iubilantium ante deum in secula seculorum
patet etiam ex predictis numerus saluādo
rum. Ad hoc enim venit fili⁹ dei quia vt ait
paulus ad ephesios primo. ꝓposuit in eo
in dispensationem plenitudinis temporis
instaurari omīa in que xp̄o in terris et in ce
lis sunt scilicet supplendum numeruȝ ange
lorum cadentium in celo et renouando oēs

peccatores in terra. Nunc aūt de saluandoꝝ numero fuit duplex opinio doctoꝝ. Augustinus vult ꝙ tot saluabūtur quot ceciderūt et sic dic sicut supra dictum est. Gregori⁹ vero dicit ꝙ tot saluabūtur quot remanserunt et allegat illud. Constituisti terminos pplorum iuxta numerū filioꝝ. dei tenendo ergo ꝙ due partes angelorum remanserunt scilꝫ sex chori cum in qualibet legione sint sex milia sexcente sexagintasex legiões patet dimi nuendo ꝙ eoꝝ summa est ducenta sexagintasex cō puta et sexenta tredecimmilia et trecenti trigintasex angeli totidem ergo anime erunt saluande. Quibusdā vero placꝫ ꝙ in paradiso erunt duo parietes sic ꝙ numer⁹ supplebitur per virgines et in altero pariete tot erunt anime saluandoꝝ quot angeli sūt in altero pariete quicquid sit de numero saluandorum deus determinate nouit qui solus numerat multitudinem stellarum et eis omnibus nomia vocat. et hoc videtur mihi securius dicendum cum ecclesia hoc videat tenere vt patet in collecta De⁹ cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus.

De habitatione demonum post casum.

Qarta cōsideratio est de habitatōe demonum Circa ꝙ notandū ꝙ locus demonum post suum lapsuꝫ a celo vsqꝫ ad diem extremi iudicij nō est loc⁹ sub terraneus quem vocamus infernum sꝫ aer caliginosus in quo multitudo demonū inhabitat et hunc locū sequestratum ꝓuidit diuina clemētia ne nimis acriter nos tēptarent. Non tamen nimis longinquuꝫ seu remotum vt possent nos exercitare. Unde ꝙ habitent in aere caliginoso hoc diuine sñie est. ꝙ vero ad nos veniunt hoc diuine permissionis est. et cum duplex interstitiū sit ꝓbabile videtur ꝙ ipsi sunt in medio vbi est turbulentia et varietas impressionum et hic est ꝙ frequenter commouent ventos pluuias et tempestates. vtrum vero aliqui detrusi sint in inferno ego nescio nec a sanctis inuenio determinatum hoc auteꝫ bene credo ꝙ aliqui tendunt illuc ad torquendas aīas secundum ꝙ habent deputata inter se male dictiōis officia verba sunt domini bonauēture in secundo sententiarum. Magister etiā loquēs de loco habitationis demonum libro secundo distinctōne. vi. dicit ꝙ lucifer et illi qui peccauerunt de celo empireo ceciderunt in istuꝫ aerem caliginosū qui est eis vt carcer vsqꝫ ad dieꝫ iudicij et hoc propter nostrā probationem. et subsequenter dicit ꝙ demones alternatis vicibus tendunt in infernum quia illuc animas detinent atqꝫ cruciant. Huic etiā sententie concordat beatus augustinus. viij. de ciui. dei capitulo. xxij. vbi dicit ꝙ demones in hoc aere habitāt qꝛ de celi sublimitate deiecti merito irregressi⁹bilibus transgressionibus in hoc sibi ꝯgruo velut carcere damnati sunt. Ex quo dicto accipitur documentū ꝙ demones vsqꝫ ad diē iudicij sicut dicit magister in inferno nō sūt inclusi sed in hoc aere caliginoso cōmuniter detenti. Sed est dubitatio vtrū vbicūqꝫ sint demones pūniantur igne materiali. quidā voluerunt dicere ꝙ sic licet dicant ꝙ minus intense ꝙ̄ post vltimam damnationē et hoc probant per quādam glosam super illud iacobi. iij. inflammata a iehēna que dicit sic. Jehenna est dyabolus propter quē facta ē. sicut enim iehēna semper ardet sic dyabol⁹ vbicunqꝫ sit siue in aere siue sub terra secum fert semper tormenta flammarum. sꝫ hoc nō videtur intelligibile ꝙ ignem cremantē vbicunqꝫ sint secum circunferant. Et ideo dicūt alij ꝙ demōibus differtur pena ignis vsqꝫ ad diē iudicij. tū vt eoruꝫ exercitum non obmittatur. tum etiā vt diuina clementia ostēdatur que sustinet vasa ire apta in intentuꝫ in multa pacientia qua retribuet omnibus secundum fructum adinuentionum suarum Et hec positio videtur ꝓbabilioꝛ et illa glosa si inspiciantur sequentia non intelligit̄ de flamma ignis materialis sꝫ de flamma viciorum scilicet superbie ire et inuidie quibus continue torquentur. Hec de mente domini bonauenture in scdo sententiaꝝ.

De potestate demonum et super quaꝫ gētem maiorem principatum.

Uinta consideratio est de potestate demonum cum enim habitum sit ꝙ demones habitant vt communiter in aere caliginoso videndum est de eoꝝ potestate quanta scꝫ est Ad quod respondet beatus Job in capitulo. xli. Dicēs de dya

bolo q nõ est potestas super terram que cõparat ei. et dicitur super terram ad dnãz potestatis que in celo est que ẽ dei et sanctoruz angelox si tamen loquamur q̃tum ad conditionem nature nõ est potestas nec in terra nec in celo equalis sue potentie Unde de lucifero scribitur ezechie. xxxi. omẽ lignuz paradisi non ẽ assilatũ ei et pulchritudini ei⁹ qm̃ speciosum eum feci. Sed oritr̃ difficultas. qz si nõ est potestas super terram ei que cõparetur vt expositũ est. sequitur ergo q sua potestas est infinita qz finitum finitũ est cõparabile infinito vero non. Respondetur q hic accipitr̃ compatio ꝓ equatione. cõparetur. i. equetr̃ nec loquitr̃ de cõparatiõe sed de equalitate. Uñ grego⁹. xxxiij. moraliuz. ptãs eius super terrã cunctis eminẽtior phibetur quia et si actõnis sue merito inter homines cecidit naturaz tñ sue magnitudinis nõ amisit. cui⁹ adhuc viribus hũana omnia supat licet sanctis hominibus meritorũ suox deiectiõe subiacet Unde et eisdem sanctis cõtra hunc decertantibus et retributionis sue meritum crescit quo ille ab eis vincatur qui per nature potẽtiam quasi iure se hominib⁹ sup esse gloriatur. hec grego. Sic ergo licet loq̃ndo de fortitudine naturali non sit potestas sub deo super terram que competur dyabolo. si tamen loquamur de potestate que datr̃ a gratia. iusti homines potentiores sunt demone. Et sic intelligitr̃ dictũ augustini q nihil est fortius animo habente charitatem. et illud canticorũ. viij: fortis est vt mors dilectio. Notandum est scdm̃ magrm in secũdo distinctiõe. vij. q demones multa possunt per nature subtilitatem que tam̃ nõ possunt per dei vel bonox angelox prohibitionem. quedam etiam non possunt facere licet a superiorib⁹ ãgelis pmittãtur quia a deo id facere nõ permittuntr̃ permissa tñ fuit eis ptãs detrudẽdi sanctos patres in limbo ante aduentum xpi quia licet deleretur in eis culpa originalis peccati et actualis q̃tum ad maculam et q̃tum ad diuinã offensam et q̃tũ ad maculam et q̃tum ad reatum gehenne. non tamen q̃tum ad reatum visionis diuine vt notat alex. in tercio sententiarum. Et si q̃ras vtrum demones aliquid timeant videtr̃ q non: quia de dyabolo dicitr̃ iob. xli. q factus est. vt nullũ timeat glosa nec deum nec quoq̃ passur⁹ est. Respõdetr̃ q glosa illa intelligitr̃ de timore filiali vel initiali que non est in demonib⁹. nõ de timore naturali quo naturaliter timent tormẽta quia isto modo dicitur iacobi scdo. demones credunt et contremiscunt. et mathei. viij. et luce. viij. timebãt puniri ab eo. licet ergo magna sit demonum potestas non tamen sic quin sit alia superior quem timentr̃. Unde augustinus sup ps. diabolus vult plurimũ nocere et nõ põt quia potestas sua est sub potestate. Nam si tantum posset nocere dyabolus q̃tum vult aliquis iustorum non remaneret. Querunt iudei exodi. viij. quare magi pharaonis nõ potuerunt facere cynifes et respondẽt q causa est: quia demones non habent potestatez super aliquod corpus min⁹ grano ordei qd̃ apparet irrationabiliter dictum quia qui hz potestatem supra maius habet potestatem supra minus licet non ecõuerso. Sed causa potissima quare non potuerunt facere illud signum est quia nihil possunt nisi quãtum voluntas diuina permittit et eius bonitas infinita. Ad istud etiam propositum loquens ambrosius super lucam dicit. sine pmissione dei dyabolum non posse nocere cognoscas. nec potentiam dyaboli magis timeas q̃ dei offensam. Et crisostomus sup mathеum dicit. In primis grauis et insustinibilis est impetus dyaboli quem si quis forti animo sustinuerit in secundo inueniet eum infortiorem. quanto enim plus percussus fuerit magis refrigescit et deficit et sicut se ingerũt demones peccatoribus vt faciãt eos ruere in peccatum sic refugiunt quando vident peccatorem a deo exauditum et liberatũ. et dicit magister in secundo distinctiõe vi. q dyabolus qui de aliquo vicio aliquẽ temptauit hominem cum superatus ab eo fuerit deinceps illum hominẽ de illo vicio de quo superatus est temptare non licebit. Sic ergo patet quantitas et defectus potentie demonũ Dicet forte desiderãs scire q̃ gẽs ẽ in mũdo supra quã dyabolus maiorẽ potestatem habet. Respondetur q hec est gẽs iudeorum. Unde sciendum sicut notat Nycolaus de lyra supra mathеum q potestas dyaboli fuit eiecta quodãmodo a populo iudaico per legisdationem que excludebat cultum demonum et inducebat ad colendũ vnum deum verum et sic eiectus transijt ad possidendum gentiles sine lege et ꝓphetax

oraculo viuentes Et ideo eos tenebat i idolatria subiectos. sed aduen iente christi predicatione et apostolorum iudei pro maiori pte fuerunt increduli gentiles autem deuote fidē christi ad predicatōnem xpi et apostolorum acceperūt et sic dyabolus eiect⁹ ab eis per fidem christi reuersus est ad possidendū populum iudaicum errore excecatum. et sic facta sūt nouissima huius populi peiora prioribus Math. xij. qr status populi iudaici peior est mō q̄ fuit a principio ante legem datā et sic maiorem ptātem super eum demones hūt q̄ super alterum quia regressus dyabolus ad populum iudaicum assumit septem spirit⁹ nequiciores se et ingressi habitāt ibi. Mar. xij. per quos septem spūs vniuersitas viciorum intelligitur. Sz remanent due difficultates. Prima est si demones possunt facere miracula. Respondetur q̄ solus deus pōt facere miracula. Unde cum aliq̄ virt⁹ finita proprium effectum opatur ad quē determinatur non est miraculum licet posset esse mirum alicui qui illā virtutem non cōprehēdit sicut mirū videtur ignaris q̄ magnes trahit ferrum vel q̄ aliquis puus piscis sit retinēs nauem. Cum ergo dyabolus sit creatura et notum est q̄ omnis creature potentia est limitata ad aliquem determinatū effectū vel ad aliquos. quicquid ergo virtute dyaboli vel cuiuscūq̄ creature fit nō potest dici miraculum proprie Et si sit mirum creature virtutem illius non cōprehendenti. Quod autem fit virtute diuina cum sit infinita vere miraculum est cum de se incomprehensibilis est. Unde et aug. scdo de ciui. dei capitulo. xviij loquens de grauitate psecutionis anti xpi. scz per que illam opabitur dicit. tunc soluet sathanas quia per illum antichristus i omni sua virtute mirabiliter quidem sed mendaciter operabitur. Sequitur enim. de⁹ dyabolum ista permittet facere iusto suo iudicō quanuis facit ille iniquo malignoq̄ cōsilio demones ergo non faciunt miracula sz quedam mira. Et si dicantur miracula sūt falsa quoniam mortales sensus p fantasmata decipit vt quod nō facit facere videatur et talibus signis et falsis miraculis seducent qui seduci merebuntur pro eo q̄ dilectōem veritatis non receperunt vt salui fieret. Et ideo dicit apostolus. ij. thess. ij. mittit eis deus opationem erroris vt credant mendacio. Demones tamē proprie virtuti dimissi possūt facere ea que causari possunt ex motu locali et cōsequenter possent ignem de celo aereo inferius emittere et ventū turbinis cōmouere sicut patet Job primo. Et isto modo antichristus faciet ignem de celo descendere pmittēte deo demonis potestate vt pz Apo. xiij. Sciendū etiam q̄ scdm q̄ dicit ieronymus q̄ lz virtute magica possint aliqua miracula fieri vt illa que ptinent ad curiositatem tm̄ et vanitatem sicut simō magn⁹ faciebat statuas ambulare loqui et ridere et similia vt habetur in itinerario clemētis. Sz illa que sunt salubria vt curatio languidorum illuīatio cecorum et hmōi nō possunt magicis artibus siue a demonibus fieri. Et ideo talia cum fiunt debēt attribui virtuti diuine qualia xp̄s faciebat. Et si dicas q̄ in vita sancti bartholomei legimus q̄ quidam demon curabat infirmitates. Respōdetur q̄ hoc faciebat non sanando sed a lesione quam faciebat cessando. Secunda difficultas ē si demones sūt dn̄tes ptāte. volo dicere si inter demones sunt principatus quib⁹ alij alijs potentiores dicantur Respondetur q̄ sic qr de dyabolo dicitur iob. xli. q̄ ipse est rex super filios superbie. et magister sententiarum scdo distinctiōe. vi. capitulo. iiij. Dicit q̄ durante mundo angeli angelis hoīes hoībus demones demonibus psunt. et scdm grad⁹ sciencie habent gradus psidentie. Item sup illo mathei. xxv. Ite maledicti in ignem eternum qui patus est dyabolo et angelis eius. dicit eius ratione subiectionis scdm glo. Sz obijceret aliquis. si principatus et prelatio est inter demones aut erit in eis per naturam aut per violentiam aut de iure. Non per naturam quia tunc in iudicij die inter eos prelatio nō cessaret quod est ɔtra sacrā scripturam quia tunc euacuabit xp̄s oēm principatum et potestatem. Nec per violētiā quia tūc semper essent discordes cum tamen semp cōcordent contra hominem impugnandum. Nec etiam de iure quia semper preciperent cōtra deum in quo nō est obediendū. Itē seruit⁹ est introducta ppter pctm̄ vt dicit theologi ergo si ē seruit⁹ inter demones tūc lucifer cū sit summ⁹ peccator deberet oib⁹ subijci. cu⁹ ɔtrariū dicit iob scz q̄ ipe est rex sup filios superbie. Rn̄det q̄ sicut multi latrones principi latronū volūtarie se submittūt vt i vnū

conueniant scȝ in rapina sic omēs demones lucifero se voluntarie subijciūt vt in vnū cōueniant contra hominē impugnando. Unū et eadem prelatio est inter demones assumpta voluntarie sicut inter angelos de iure diuino ratione preeminentie naturalis vt diuine institutionis: et sicut cuilibet regno et prouincie pficitur vnus angel⁹ bon⁹ tanꝗ princeps vt colligitur ex illo danielis. x. princeps regni persaꝝ restitit mihi. xxi. diebus et nūc reuertar vt prelier aduersus persarum principem. et paulo post. Cuȝ eniȝ egrederetur apparuit princeps grecorū etc. Sic etiam cuilibet regno et puincie pficitur a demonibus vn⁹ demon tanꝗ princeps. Ex quo etiā sequitur ꝙ sicut cuilibet ciuitati et cuilibet castro pficit̄ a deo vn⁹ āgel⁹ bon⁹ de negocijs cōibus curam habens ꝗtum sibi possibile est sic etiam cuilibet ciuitati et castro prefigit̄ a demonibus vnus demon ad negocia cōmunia pturbanda ꝗtum sibi possibile est. Sequitur etiam tercio ꝙ sicut cuilibet archiepiscopo et epo et sacerdoti parrochiali prefigitur a deo vn⁹ angel⁹ bon⁹ curaȝ hñs de negocijs ad salutem aiaꝝ pertinentib⁹ Sic cuilibet pdictoꝝ prefigitur a demonib⁹ vn⁹ demō curā hñs de pturbatione salutis aiarum et quāto sentior est psona tāto potentior est diabolus ei assignatus Et nisi deus gloriosus cuilibet officio pfigeret aliquem angelum omnia communia officia demones impedirēt. Infert̄ etiā ex pdictis ꝙ nō solū vn⁹ demō est princeps alioꝝ demonū ſ; etiā maloꝝ hominū. Unū in euāgelio dyabolus semper vocatur princeps huius mūdi quia dñatur hoib⁹ mundialiter viuentib⁹ inꝗtū se ei subijciūt per peccatum.

De bello demonū post casum de celo.

Sexta consideratio est de bello demonū postꝙ ceciderūt de celo vsqȝ ad aduentū xpi. Uidens em̄ dyabolus se expulsum a celo in magna tamen potestate relictū cogitauit quō possit displicere deo et in oibus sibi ꝯtrariari. et quia vidit primū hominē in terrestri padiso collocatū innocētia decoratū ac oiū bestiaꝝ piscium et volatiliū dñm necnō possessurū in celo sedes quas ipse cū sibi adherentib⁹ per superbiā amiserat. doluit vehemēter et inuidens ei⁹ felicitati pposuit ipȝ debellare et totalit̄ inficere cognoscens ꝙ ex putrida radice nō possūt nisi poma vermiculosa generari Bellauit ergo cum hoīe primo per mediū mulieris et miser homo licet esset fortior demone per innocentiā piectis tm̄ armis innocentie sue vt mulieri ꝯplaceret relicto deo et tradita padisi castro sibi ꝯmisso inimico dei scilicet dyabolo negata obedientia regi superno scȝ deo libere se tradidit pditor fact⁹ in manibus diaboli. et sic habita victoria de hoīe primo indignatus deus ppter proditioneȝ et quia sic armis innocentie proiectis captiuum dyaboli se fecerat cum posteritate sua eiecit ipm̄ de terrestri padiso geñ. iij. et misit ipm̄ in exilium locū bestiaꝝ et lachrymaruȝ valleȝ. Expulso ergo homine primo de paradiso gaudens non modicū dyabolus cogitauit quō ampli⁹ possit displicere deo et videns duos filios adā scȝ abel et cayn quorum prim⁹ erat a deo dilectus. bellauit ꝯtra eos per artem diuisionis et inuidie. et deuicit Cayn qui fratrē suū abel occidit geñ. iiij. Bellauit etiā contra filios. Sed per carnis concupiscentiā et deuicit eos cuȝ scȝ acceperunt filios hominū scȝ descendētiū de cayn ex quibus procreati sunt gigantes a seculo viri famosi geñ. vi. et cū viderat multiplicatum geñ⁹ humanū Bellauit ꝯtra eū per luxuriam et tāviriliter pugnauit ꝙ deuicit eū sic ꝙ in toto genere humano solum octo persone mūdi ab illo vicio reperte sunt imunes De alijs aūt scriptuȝ est ꝙ ois quippe caro corrupat viā suā. ppter quod indignatus ē de⁹ mūdū castigauit diluuio generali intm̄ ꝙ solū dicte octo psone in archa noe liberate sunt vt patet geñ. vij. et. viij. Per quas iterū ppagatum est gen⁹ humanū Bellauit ꝯ filios noe et deuicit cham cū ꝯtra paternum honorē verenda patris discooperuit geñ. ix ppter qd̄ meruit maledicti. Bellauit contra caldeos per ydolatriā et deuicit eos cū ignē adorauerūt geñ. xi. Bellauit cōtra gen⁹ filiorum noe et deuicit eos per superbiā volentes turrim edificare que vsqȝ ad celū pertingeret ppter qd̄ indignat⁹ de⁹ vnū labiū qd̄ ante erat: diuisit et ꝯfudit vt pȝ geñ. xi. Bellauit ꝯtra zodomas et gomorreanos et deuicit eos per pctm̄ ꝯtra naturā propter quod

indignat⁹ de⁹ igne celesti destruxit illas qui cꝫ ciuitates cū habitatorib⁹ eoꝝ et cūcta terre virētia exceptis solū loth vxore et filiab⁹ suis vt pꝫ gen̄.xx. Bellauit ꝯtra filios abrahe scꝫ ysaac et ysmael. et deuicit ysmael cum fuerit vir superbus onager palustus sagittarius et ydolatra pessim⁹ vt patet gen̄.xxij. Bellauit cōtra filios ysaac scꝫ iacob et esau et deuicit esau per gulam vēdidit em̄ primogenita propter lēticulā gen̄.xxvi. De his in ꝑsona dei dicit ꝓpheta. Jacob dilexi: Esau aūt odio habui. Bellauit etiam ꝯtra filios iacob. qui cum essent duodecim deuicit. xi. eorum per crimen pessimū et inuidiam et facti sunt venditores fratris sui innocētis Joseph gen̄.xxvij. propter quod indignatus ē deus tradidit eos in captiuitatem quadringentis annis et vltra in egyptum. Bellauit etiam contra egyptios per crudelitatem intātum vt affligerent filios ysrael in luto et latere propter quod ꝑmisit de⁹ indurari coꝛ pharaonis vt ad nihil pietatis moueretur. et indignatus deus contra egyptios occidit primogenita eoꝝ et submersit eos in mari rubro filijs israel liberatis exodi.xiij. Bellauit iterum contra filios israel per ydolatriā et deuicit eos cum scꝫ fecerunt vitulū et adorauerunt propter quod et alia crimina quibus vulnerauit eos indignat⁹ deus ꝑemit eos in deserto gen̄.xxxij. Sic cꝫ de sex centū milibus qui exierunt de egypto solum duo scꝫ caleph et iosue intrauerunt terrā promissionis. Bellauit etiaꝫ contra filios israel in deserto et deuicit aliquos eorum per murmurationem scꝫ dathan et abirō et chore ꝓpter quod indignatus deus aperuit terram et descenderunt viuentes in infernū sicut pꝫ numeri.xvi. Bellauit iterum contra filios israel per homicidiuꝫ et deuicit eos cum saltꝫ occiderunt ꝓphetas amicos dei et impleuerunt hierusalem sanguinee eorū vsꝫ ad eos propter quod et indignatus deus tradidit eos in captiuitatem babylonie. lxx. annis. Bellauit contra saul primum regem israhel et deuicit eum per inobedientiam ꝓpter qđ indignatus deus tradidit eos in captiuitatem et scidit regnum israel ab eo. primi Regum.xv. et ipse seipsum crudeliter necauit. primi Reguꝫ vltimo. Bellauit contra regē dauid per superbiam luxuriā et homicidiū et deuicit eum cum scilicet numerauit populum secundi regū vltimo. Accepit besabee vxorem vrie et interfecit vriam secundi regū ix. propter quod indignatus deus licet penituerit percusso populo non edificauit sibi templum siue domum quam cogitauerat. Bellauit cantra salomonem per luxuriam et ydolatriam et deuicit euꝫ quia adamauit mulieres alienigenas et fecit multa templa ydoloꝛum vt patet tercij reguꝫ.xi. Bellauit contra roboam per superbiam et deuicit eū ꝓpter quod indignatus dominus recessit israel a domo eius vsꝫ in presenteꝫ diem vt patet tercij regum.xij. Bellauit contra geroboam per ydolatriam et deuicit eum quia peccare fecit israhel vitulos aureos adorando vide tercij Regum.xij. Bellauit contra sennacherib ꝑ superbiam et deuicit eum cuꝫ blasphemauit contra deum israhel. propter quod indignatus deuꝫ percussit per angelum suum in castris assirioꝛum centuꝫ et octuagintaquinꝫ milia et ipsum occiderūt. ꝓpꝛij cū ydola in tēplo suo adoraret pꝫ ysaie xxxvij. Bellauit cōtra nabuchodonosoꝛ ꝑ superbiam et deuicit eum cum fuit gloꝛificatus in edificio babylonis. ꝓpter quod indignatus est deus et ꝓiecit eū a regno et septē annis cum feris habitabat sicut bestia danielis.iiij. Bellauit contra olofernem principem milicie nabuchodonosoꝛ per supbiā gulam et luxuriam et deuicit eum ꝓpter qđ indignatus est deus tradidit eum in manus sancte mulieris Judith que precidit caput eius Judith.vi. Bellauit cōtra Amon per superbiam et deuicit eum cum presumsit pimere israel propter quod indignatus ē de⁹ permisit quod suspenderetur patibulo et cꝫ deleretur genus eius hester.v. Bellauit contra regem anthiochum per superbiam et deuicit eum cum dixit se facturum hierusaleꝫ congeriem sepulchri iudeoꝛum propter qđ indignatus est deus percussit eum plaga insanabili viscerum suoꝛum primi machabeoꝛum.ix. Bellauit contra vniuersum populum gentilium per ydolatriam et deuicit eum sicut patet sapiencie.xiij. cum per vniuersum orbem romani imperantes ydola adorarent. Unde et tunc rome templum pentheon erat constructum sic dictum. quia simulachrū erat omniū deoꝝ. Cōtra alios innumerabiles bellauit et varijs vulnerib⁹ peccatoꝝ infixis de eis viriliter triūphauit

et eorum animas captiuas post hanc vitaȝ
ad inferos deducebat quam captiuitatē et
miseriā deplorātes patres antiqui gemitibꝰ
inenarrabilibꝰ clamauerunt ad deū vt mitte
ret liberatorem. dicentes veni ad liberandū
nos dñe deus virtutū. et ps. lxxix. ostēde fa
ciem tuā idest filiū tuum humanatū et salui
erimus. et iterū ysaie. lxiiij. vtinā disrumpe
res celos et descenderes a facie tua montes
defluerent et cum gemitus humani generis
audiret altissimus misertus est super eum et
misit in tempore plenitudinis filiū suuȝ re-
demptorem et liberatoreȝ et tunc dyabolus
finaliter bellauit cōtra filios israel per mali
ciam et inuidiā et deuicit eos cum scȝ occide
rūt redemptorē messiā suū propter qđ indi
gnatꝰ deꝰ tradidit eos in ꝑpetuā captiuitatē
sicut sup̄ declaratū fuit libro primo et tercio

De ꝑditiōe dñij demonū in aduētu xpi.

Septima cōsideratio est ꝙ demones
in aduentu xpi per iusticiam perdi-
derunt dominiū suum quod suꝑ ge
nus humanū habebant fecerat enim grādē
offensaȝ dyabolus deo tā deceptorie et frau
dulenter cōtra dei voluntatem eius seruum
tulit et fecit seruū suum. quo non obstante si
voluisset reconciliari deo pro eo sicut pro ho
mine satisfecisset noluit tamen. immo ei pla
cuit semper ꝑmanere inimicus dei peccatuȝ
suum nō recognoscens ꝙ non erat in hoīe.
immo dolebat de peccato vt deo reconcilia
retur. Et ideo ne dyabolus possit ꝯqueri de
iniusticia si forte deꝰ de sua potestate abso-
luta et violenter sine aliqua satisfactione libe
rasset hominē per iusticiam. Debuit perdere
dominiū quod supra homineȝ tenebat qui
homo ex eo ꝙ ab eo victus in paradiso ter-
restri fuerat iuste seruus suus erat. ꝙ autem
deus in tali hominis liberatione debuit vti
iusticia et non absoluta potentia patet ꝓ tā
to qr deus est necessario iustꝰ et taliter iustꝰ
ꝙ nō potest dici deꝰ si nō intelligaꝛ iustus.
Et iterū quia laudabilior est princeps q̇ vti
tur iusticia q̄ꝑ potentia solum. Quomō autē
primus homo nec oēs homines nec omēs
āgeli boni nec etiā oēs demones simul nō
potuerūt satisfacere ꝓ hoīe sed solū deus et
homo. vt declaratū est suꝑ libro. iiij. cōside-
ratiōe. v. in tercio articulo fidei nō eīm totus
mūdus soluere valebat debitū primi hoīs
vt apo. v. Nemo poterat in celo nec in terra
neqȝ subtus terram aperire librum neqȝ vi-
dere illum idest implere redemptionem hu-
mani generis que ab eterno scripta fuit in li
bro diuine dispositionis vt per xpȝ solū im
pleretur libruȝ ergo ipse solus aperuit quia
solus penam crucis nobis mortis debitori
bus tulit. Vñ dixit ps. lxviij. q̄ nō rapuit scȝ
xp̄s tunc exsoluebat. Mirabanꝛ autē hoīes
potestatē magnaȝ diaboli et eius dominiū
super homines et dicebant illud ysaie. xlix.
nunquid tolletur a forti preda idest huānuȝ
genus a dyaboli potestate aut ꝙ captū fue
rit a robusto saluum esse poterit. Et Respō-
det deus ibidem hec dicit dominus equidē
et captiuitas a forti tolletur et quod ablatū
fuerit a robusto saluabitur scȝ per xp̄m. Vñ
sequitur ibidem quasi musto sanguine suo
inebriabuntur et sciet omnis caro quia ego
dominus saluās te redemptor tuus fortis
Jacob. Et confirmatur per dictum saluato-
ris Johannis. xij. Nūc iudiciū scilicet discre
tionis est mundi nunc princeps huius mū
di eijcietur foras scȝ a dominio et potestate
tyrannica super homines. Unde ipse diabo
lus dicebatur princeps mundi quia dñā-
tur in hominibus mūdo deditis. et sicut di
cit paulus ad colosēn. scdo expoliās scilicet
xp̄s principatus et potestates traduxit confi
denter idest dyabolum exterminauit longe
a potestate quam habebat. Et si queras de
mō quem xp̄s tenuit vt vinceret dyabolum
et eius dominium auferret. Respōdetur ꝙ
fuit modꝰ quo piscis capitur hamo sub esca
absconso quia volens capere escam non vi-
dens hamū capitur ab hamo. sic christꝰ vo
lens preliari cū dyabolo in sua passione ab
scondit suam fortitudinem suam pulchritu
dinem suam sanitatem suam dignitateȝ in
cruce. Cum enim per virtutem fortitudinis
deberet cum dyabolo preliari totam eaȝ ab
scondit tenendo manus fixas et clauatas
in cornibus crucis. Unde abacuc in tercio
capitulo loquens de cruce christi dixit cor-
nua scilicet crucis in manibus eiꝰ ibi abscō-
dita ē fortitudo eius. et patet fortitudo sua
ibi in abscondita: quia per eam vicit fortissi
mam mortem et fortissimū dyabolū Nā se-
quitur in illo eodem ante faciē eiꝰ ibit mors
egredietur dyabolus ante pedes eius scilicȝ

victus et nudus a suo dominio et potentia quam primo tenebat. Absconderat em demones laqueos mortis pedibus nostris in ligno scientie boni et mali. Et ideo xps abscondit eis laqueum Vn capti sunt in ligno crucis Et ideo dixit psalmista veniat illi scz dyabolo laqueus quem ignorat ei etc. Abscondit etiã in cruce suam pulchritudinez in turpitudinem cum essz speciosus forma p filij hominũ ps. xliiij. ibi non erat ei species nec decor absconditus vult9 ei9 et despect9. Vn nec reputauim9 eum ysaie. liij. Abscõdit tercio suam sanitatem in infirmitate quia vt dicitur ysaie capitulo eodẽ nos reputauimus eum quasi leprosum pcussuz a deo et humiliatum virum dolorum et scientem infirmitatem Abscondit. iiij. suam dignitatẽ in cõtemptum et vilitatem quia cuz latronibus et homicidis cũ iniquis et sceleratis deputatus est: ysa. capitulo eodẽ cuz tamẽ essz summe dignitatis et excellentie quia ver9 de9 et ver9 homo sicut fuit declaratũ supra. i. libro Sic ergo in xpi passione egressus est dyabolus victus ante pedes eius pdita potestate et dñio liberato hoie ab ei9 captiuitate. Et ideo in figura huius legit. i. Reguz. xvij. q David occidit leonẽ et predam eius tulit ab ore huius leonis. Petebat pphẽta liberari dicens salua me ex ore leonis ps. xxi. Et in signuz victorie habite legauit xps humani generis inimicum scz dyabolũ et sic ante faciem iuit mors. i. dyabolus vict9 et ligatus sicut in triumphis victi solent ire ante victorem ligati. Vnde apo. xx. Apprehendit draconez serpentẽ antiquũ qui est dyabolus et sathanas et ligauit eum per annos mille. i. vsqz ad tempus antichristi et ponit ibi tempus determinatum pro indeterminato. Et qz tunc resumet violentã ptãtem et exiet per affluentẽ malignitatem vt mittat populos in errorez. Ideo tunc dicit solui Signuz aũt manifestũ perditõis dñij demonũ fuit cessatio ydolatrie in vniuerso mũdo ad pdicationem xpi et apostoloz per quaz ydolatriaz fere vniuersum orbem captiuũ tenebat cum ydolis vt deus coleretur.

De proprietatibus et malicia demonũ

Ctaua ɔsideratio ẽ de pprietatib9 et malicia demonũ Circa primũ vt notatur Job. iiij. Christ9 assinauit tres proprietates pcipuas dyaboli. Prima q ẽ homicida ab initio. quia homo in spẽ humana ponitur per animam Ideo ille magis pprie est homicida qui animã interficit p peccatuz mortale q iste qui interficit corpus p quod homo conuenit cum brutis hoc autẽ fecit dyabolus a principio mundi quia per suggestionem eius primum peccatũ homini contigit et in hoc officio continue perseuerauit. Secunda proprietas dyaboli ibidez est q in veritate non stetit. i. in debita obedientia ad deum. res enim dicuntur vere in quantuz conformãtur veritati prime a q veritate deuiauit dyabolus per peccatum superbie. Tercia est q mendaciũ ex pprijs loquitur. i. ex habitu malo in quo est obstinatus idest subditur causa quia mendax ẽ et pater eius. i. ipsius mendacij qui em mẽdacia ab alijs inuenta solum refert mendacia dicit sz qui ea facit mẽdax dicit et pp̄ter hoc dyabolus dicitur pater mendacij quia primũ mendacium adinuenit dicens mulieri Gen. iij. nequaq moriemini. Sed est difficultas cũ sint mendaces si possunt demones cõpelli ad dicendum veritatem. Dicit q sic. Cõpelluntur em fallaces spũs ad dicendum veritatem et salubria nobis sicut exẽplificat beatus augustin9. viij. de ciui. dei ca. xxvi. de dolore dmonũ qui loqbant per hoĩe ãn xpi sti aduentum de suis futuris penis apd memorias sanctorum martyrũ quas inuiunere cernebant. In multis em ait augu. talib9 locis torquentur et confitentur et de possessis hominum corporibus eijciuntur. Sunt et alie viginti due demonum proprietates quarum viginti numerantur in secundo libro. summe veritatis theologye scilicz q sũt spiritus impuri humani generis iimici mẽte rationales nequicia subtiles nocẽdi cupidi p supbiã tumidi semp in fraude noui immutant sensus inquinant effectus vigilãtes turbant dormientes per somnia inquietant morbos inferunt tempestates cõcitãt in angelos lucis se transformant semper infernũ suum secum portant. In ydolis diuinum cultuz sibi vsurpant semp bonis dñari appetunt magice artes per eos fiunt bonis ad exercitiuz dantur semper fini hominis insidiantur. hec ibi. Vicesimaprĩa demonuz pprietas est q semper ambulãt in circulo.

Unde ps̄. de demonibꝰ ait. In circuitu im-
pij ambulant. Item cum dominus quereret
a sathan Job. i. Unde venis. Respōdit cir
cuiui terram et perambulaui eam ꝙ quadru
pliciter intelligi potest primo sic. Circuiui
terram. i. data est mihi vniuersalis temptā-
di diligentia quia pauci sunt in quibus nō
habeant locum vestigia mea. Secūdo sic ex
poneret dyabolus si posset inclinari ad suum
peccatum cognoscendum. Circuiui terram
idest in hoc me ostendo remotum a virtute
et obstinatum in malo quia semper sum in
circumferentia et nunꝙ possum venire in li-
neam per quam veniam ad medium quod
est virtus. Tercio sic circuiui terram propter
anxieratem laborum. Unde glo. sathan la-
borans terrā circuit quia quietus in dei cul
mine stare cōtempsit. Quarto sic circuiui ter
ram propter hoc ꝙ dyabolus serpens ē tor
tuosus. Unde ysa. xxvij. Uisitabit dn̄s sup̄
leuiathan serpentem tortuosum et sicut mo-
tus circularis ꝙtum est de se nunꝙ cessat sic
et dyabolus nunꝙ quiescit et quia semꝑ in
circulo est ideo nunꝙ rectus sed magis tor
tuosus est. Recte ergo dicitur de demonibꝰ
recte in circuitu impij ambulant. Et si q̄ras
qualiter circuit dyabolus. Respondit glo.
super illo verbo. i. Petri. v. Circuit querens
quem deuoret dicens. Circuit tanꝙ hostis
obsitens muros clausos explorat an sit pars
aliqua murorū minus stabilis cuiꝰ aditu
ad interiora penetret. Offert oculis formas
illicitas et faciles volūtates et visu destruat
castitatem. aures per canora temptat et mo-
leat xp̄ianū iniurijs lacescentibus ad cedem
īstigat. honores terrenos ꝓmittit vt adimat
celestes et cū latenter nō potest fallere aptos
addit terrores. in pace subdolꝰ in ꝑsecutiōe
violentꝰ. ꝯtra quem tm̄ animꝰ dꝫ esse ꝑatus
ad resistendū quantū ille ꝑatus est ad repu
gnandū. hec ibi. Uicesima scd̄a demonum
ꝓprietas est ꝙ sunt crudeles immo seuissi-
mi et ē crudelitas demonis in tribꝰ Primo
in ꝑsidēdo vn̄ ysa. xix. Tradā egyptū in ma
nu demoniorū crudeliū Scd̄o demō est cru-
delis in puniēdo. ꝓuerbiorū. xvij. Semꝑ iur
gia q̄rit malꝰ angelꝰ aūt crudelis mittet cō
